
BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XX
A
48
NAPOLI

Digitized by Google

Google

Digitized by Google


GVIDOTTI
Prof.
Bonon.
Claves
Romanæ.
Biblion:
M.DC.LXIX.

Illuſtriſſimi & Generoſiſſimi
Domini, Domini

CHRISTOPHORI RU-
DOLPHI FUGGERI,
Comitis in Kirchberg & Weiſ-
ſenhorn / Domini in Pollweiller /
Willerthal / Hohenkönigſperg / Stettenfels /
& Glött / ꝛc. Sacræ Cæſareæ Ma-
jeſtatis Camerarii,
&c.

Illuſtriſſimis & Generoſiſſimis
Filiis, Dominis, Dominis

FRANCISCO ERNESTO,
&
ANTONIO JOSEPHO,
FUGGERIS, Fratribus Ger-
manis, Comitibus in Kirchberg /
& Weiſſenhorn / &c.
Dominis ſuis Gratioſis.

CUm ſingulari beneficio *Parentum Veſtrorum* annos aliquot Lovanii in Collegio Miliano vixerim, & in frequenti illa ſcientiarum omnium officina proficere pro viribus ſtuduerim, jure merito has claves à me conflatas *Vobis* affero atque trado, non ſolùm in agnitionem perennem obligationum mearum, ſed etiam ad transferendum legale aliquod Dominium, in cujus poſſeſſionem non ſine ſpecioſo generis veſtri ornamento ire poteſtis. Jecêre *Majores Veſtri*, qui cum Pallade & Aſtræa greſſum moventes, tum in Aula Cæſarea, tum in Camera Imperiali, maximi ut optimi *Præſides* extitere. Jacite & *Vos* Domeſticorum exemplorum glorioſa æmulatio-

latione calentes, ut per ſacras Virtutis ædes, ad magnificum Honoris templum, continua ſeculorum omnium laude perveniatis. Suſcipiantur igitur oro, & recipiantur mei, tanquam veſtri labores, ut ad communem Herculi ac Muſis aram, verba mea non auram modò verberent, ſed *Vos*, & per vos etiam auram capiant, quâ in publicum ſtudioſorum bonum diffundantur. Favete & aſpirate,

Illuſtriſſimi Comites,

Obſequiis Veſtris ſemper addicto,

Bononiæ Kal. Ian. 8. ıↄc. LXV.

FRANCISCO GUIDOTTO, J. U. D.

Studioſæ Legum Juventuti,

Franciſcus Guidottus.

J*Uriſprudentiæ theſauri ab Imper. Iuſtiniano parati, per Profeſſores erogandi ſunt volentibus, quibus ditiſſimi legum Oratores efficiantur.* §. nos vejo. 2. in proœm. Digeſtor. *Sed non unâ verborum clave, imò pluribus ſervantur. Quas niſi diſcreveris, & ad manũ habueris, operam ludes & tempus: nec penetrabis ad illos, ſed ante fores oberrabis. Fruſtra genuinus Legum ſenſus inveſtigatur, ſine exacta verborum cognitione.* Corvin. à Belderen hîc in dedic. *Prius eſt ea noſſe, quàm res, de quibus quæritur intelligi,*

ligi, aut percipi. Corn. Brederod. in præf. ſpecim. jur. *Sunt enim rerum notæ, ſunt indices, ſunt claves.* not. ad §. ſiquidem J. de leg. & c. 15. autem, 22. q. 2. *Opem ut ego feram, & operam conferam qualemcunque, cum præ cæteris diligentiam atque ſollicitudinem debeam.* Ulpian. in lib. 57. de V. S. *deprom-ptas ex titulo Digeſtorum penultimo aperto. Scripsêre quidem oppidò multi graviter, eruditè, ornatè, copioſè, & non ſolum juverunt & profuerunt; ſed quodammodo etiam eo ipſo, alios à ſcribendo deterruerunt.* M. Mant. ad Lect. hic. *Tamen cum id docenti, & diſcenti debeat eſſe propoſitum: ut ille prodeſſe velit, hic proficere.* Senec. Epiſt. 108. *Et utile ſit, à pluribus diverſo ſtylo, non diverſa fide, plures fieri libros, ut a-*

plurimos res eadem diverſimodè perveniat. D. Aug. 1. de Trinit. 3. *Quis non amet conatum, non æſtimet ſtudium, non probet voluntatem? Prodeſſe quantum ſatis tyronibus volui, & tu voles, quantum ſatis proficere. Quod ex me ſi non potes, ex adductis à me poteris. Utere ingenio, judicioque tuo, & his clavibus eodem, quo à me traduntur animo. Fac, & fruere.*

Ad Rubricam,

De

Verborum & Rerum

ſignificatione.

CUm hoc titulo Digeſtor. penultimo, non ſolum verborum ſignificationes, verum etiam variæ rerum conjecturæ enodentur: rectè de utriſque Rubrica à quibuſdam concipitur.

Verborum ſignificatio non ſumitur hic loci grammaticè docendo, ſed eâ, tàm nomina, quàm vim nominis habentia, continentur: itẽ verba, ac aliæ orationis partes, & ipſa oratio: quoniam de ſenſu & intellectu legum, & edictorum,

tractatur. Unde per ea quæ Baldus notat circa Rubric. C. h. t.

Significatio eſt proprius & verus verborum atq; rerum intellectus, quo quælibet res tanquam in picta tabella, oculis quaſi ſubjicitur, & declaratur. Quod fit quatuor modis, ſcilicet ex proprietate, ex improprio, & uſu, & per interpretationem. De quibus ſigillatim & eruditè Alciat. lib. 1. de V. S.

Propriè ſive abſolutè, quatenus fieri poteſt, accipienda ſunt verba, tum ad nomen, tum ad vim ſignificandi. l. cum lege 29. Qui teſta. fac. l. non aliter. 69. de leg. 3. Impropriè ſive abuſivè numquam, niſi rariſſimè, cum alioquin actus vel concideret, vel eluſorius evaderet, vel veritatis ſenſus amitteretur. l. fidejuſſor. 16. §. naturales de fidejuſſ.

juſſ. l. cum filioſam de le[illegible] pterea x. h. t. Everhard [illegible] Abſurdo. Uſui quiden[illegible] aliquid conceditur, & pro[illegible] quandoq; præſcribitur: Sed eſſe debet comunis: etiã peritis & eruditis: Nam conſuetudo verborum, vocatur conſenſus eruditorum, à Quintil. lib. 1. & ſenſit Bald. ad l. 1. C. de ſucc. edict. Interpretationi ſive extenſioni etiam prudenter fit locus; nec enim omnia legibus comprehendi poſſunt. l. neque Leges. 10. cum ſeqq. de LL. l. pater. de Cond. & Demon. c. intelligentia. x. h. t. Videatur Steph. de Pheder. de Interpp. Legum. In dubio reſpicitur, vel ad ſenſum proferentis, vel ad conditionem ejusdem, vel illius ad quem dirigitur diſpoſitio: item vel ad naturam rei, vel

ad

ad ſubjectam materiam, vel ad mitiorem partẽ. Bald. in l. 2. C. Commod. & in l. ſi in venditione, D. Com. præd. Zoës hic.

Ad l. verbum 1.

Jungatur l patroni 52. l. Servius 122. l. generi 136. l. hominis 152. l. liberti 172. l. pronuntiatio 195.

Aperitur dictiones *ſi quis, quis, quiſpiam* & hujusmodi, item *verbũ maſculinum*, tam in legibus, quam in aliis diſpoſitionibus promiſcuè marem & fæminam ſignificare, & ad utrumq; ſexum porrigi, h. l. 1.

Sic cum dicimus, do tutorem filiis, cenſetur etiam datus filiabus, d. l. 122. Sic ſub genero intelligtur & neptis & proneptis, d. l. 136. Sic ſub dictione hominis continetur fæmina, d. l. 152. Sic ſub appellatione liberti ſignificatur & liberta, d. l. 172.

172. Sic cum in Edicto Prætoris dicitur, liberto ſuccedere patronum, etiam patronam intelligimus, d.l. 52. Gabr. Cornel. 1. & 6. t. de Verb. Sign. l. 6. Menoch. I. 4. præſ. 83.

In favorabilibus procedit, quod dicimus: niſi mens diſponentis ſive expreſſa, ſive conjecturata obſtet, d. l. 122. l. Lucius. 93. de Leg. 3. l. ſi ita ſcriptum 13. de lib. & poſth.

Item niſi talis ſit diſpoſitio, quæ fæminis non benè conveniat, l. alienam 18. C. de proc. l. tutela 16. de Tut. Aret. in §. ſi quis filiabus 5. n. 4. & ibi per. l. Qui teſt. tut. dar. poſ.

In odioſis ſive pœnalibus etiam procedit. Tamen fæminis aliquando ſuccurritur aliquando mitior pœna infligitur. l. mater ad leg. Jul. de adult. Glo. in l. un. C. de raptu. l. 5. ad S.C. Turpill. l. ſi

quis

quis 7. de Jurisd. Farinac. q. 98. de pœn. temp, Gædd. ad l. 46. §. 1. h. t.

Maſculinum igitur concipit fæmininum, ſed non è contra, l. 45. de leg. 2. l. 31. & 81. de leg. 3. Alciat. hîc & lib. 7. Parerg. c. 7. Tiraquel. in l. Connub. lib. 1. glo. 1. par. 1. Portius concluſ. 7. lib. 2. Comm. opin. ubi plures ampliationes & limitationes. Sicut & Gabr. loc. præcit.

Ad L. Urbs. 2.

Jungatur l. ut Alfenus 87. l. ædificia 139. l. qui in 147. l. collegarum 173. § 1. l. abſentem. 199. l. pupillus 239. §. urbs 6. §. oppidum 7. §. territorium 8. §. incola 3. §. adnena 4. l. provinciales 190. l. plebs. 238.

Aperitur per vocem *Romam* vel *Vrbem Romã* non ſolum quod intra muros continetur, ſed & *continentia* ſive *ſuburbia* ſinificari. Quia con-

cõtinentia ædificia cenſentur unũ & idem cũ eo cui cohærent. Anch. conſ. 160. & 437. Alioquin *Vrbs* ſive *Civitas*, quando ſumitur pro loco, mœnium ambitu præfinitur, d. l. 2. 87. 139. 239. Hier. de Mont. de finib. regend. cap. 5.

Hinc *nati in continentibus*, intelliguntur Romæ nati, d. l. 147. Ergò jure liberorum gaudebit etiam ille, qui tres in ſuburbiis ſuſceperit, & ab onere tutelæ erit im̃unis l. amiciſſimos, cum l. penul. de Excuſ. tutor. tex. l. in pr. eod. Hinc *legata penu*, & quæ intra murum, & quæ intra continentia, debebitur, l. nã quod 4. §. pen. de pen. leg. Hinc *non abeſſe* videtur, qui usque ad continentia urbis eſt; ſecus, qui extra d. §. 1. l. 173. & l. 199.

Privilegium hoc Urbis Romæ, quod

quod non muris, ſed ædificiis continentibus terminetur: De quacunque alia civitate primaria regni aut provinciæ intelligitur, Petr. Gregor. lib. 2. de Republ. Secus eſt de aliis civitatibus: niſi ex circumſtantiis aliud appareat: ut in l. 41. §. 6. de leg. 3. & in cap. ſi civitas, de ſent. excom. Jaſon. in l. cum quidam de lib. & poſth. Bald. in c. ſignificavit, de Reſcript.

Oppidum propriè eſt omnis urbs præter Romam. Dicitur autem ab ope, quod ejus rei cauſa mœnia ſint conſtituta, §. 7. d. l. 239. *Territorium* eſt univerſitas agrorum intra fines cujusque civitatis. Dicitur à terrendo he. ſubmovendo, quia Magiſtratus ejus loci, jus habent intra eos fines terrendi ſive ſubmovendi, d. §. 8. l. 239. Sed non extra

illos, quia non eſt mittenda falx in meſſem alienam, nec impunè pareretur jus dicendi extra territorium, c. ſcriptum, 3. quæſt. 6, l. fin. de Jurisdict.

Civitas quandoque non pro loco, ſed *pro civibus* accipitur, ut cum civitati he. civibus aliquid mandatur. Et dici poteſt multitudo civium, ſive populus, qui legibus iisdem & moribus gubernatur, l. ſi quando C. de bon. vac. lib. X. Connan. lib. 1. Comment. 7. Ariſtot. 3. Politicor.

Populi appellatione univerſi cives ſignificantur, Patritiis etiam & Senatoribus connumeratis. *Plebis* autem applicatione, ſine Patritiis & Senatoribus cæteri cives ſignificantur, d. l. 238. Gell. X. Attic. 20. Nam plebs differt à populo, ut ſpecies

cies à genere: imò quo pars à toto, §. lex. 4. verſ. plebs. J. de J. N. G. & C. & ibidem Bachovius.

Civitas habens diſtinctum regimen & territorium hodie dicitur provincia. *Provincia* propriè eſt, quæ complexu territorii ſui plures pagos, caſtra, vel civitates, ſub juris unius communione & adminiſtratione conſociatas & devinctas continet. Vocatur etiam *Regio Diſtrictus*, l. 6. & 13. de Offic. Præſid. Bart. circa l. un. C. de metrop. Hier. de Monte de Funib. reg. c. 3. v. 4. 7. Loſæ. de Jur. univerſ. par. 1. c. 2.

Provinciales appellantur qui in provincia domiciliũ habent. *Domicilium* habere intelliguntur, qui larem, rerumque ac fortunarum ſuarum alicubi, ſive in propria, ſi-

ve in aliena domo, animo ibidem permanendi, conſtituerunt, & illius loci ſive territorii commodis fruuntur, d.l. 190. l. 7. C. de Incol. lib. X. l. 1. §. domum. de Injur. l. 20. 27. 35. Ad municip. Itaque ſola domus & habitatio, ſine voluntate expreſſa vel tacita domicilii conſtituendi non ſufficit, ſed utrũque requiritur, dd. ll. cum l. 17. §. 5. & l. 26. eod. Donell. 17. Comment. 12. Meboch. lib. 6. præſ. 42.

Incolæ dicuntur, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulerunt, ſive in oppidis morentur, ſive in finibus eorum ita agrum habeant, ut in eum quaſi in aliquam ſedem ſe recipiant, d. §. 3. l. 239. Quare incola eſt, non ſimpliciter alienigena habitator, ſed is, qui domicilium fixit, l. 2. cum d. l. 7. C. eod.

Ad-

Advena eſt colonus vel inquilinus oppidi, vel agri adventitius, qui moram temporariam agit, ut advena mercator. Et in hoc ab Incola diſtinguitur, l. 1. §. 19. l. hæres abſens. de Judic. l. omnes peregrini. Com. de ſucceſſ. Hunc Græci πάροικον, he. juxta habitantem: illum ἄποικον, he. domi profugum, appellant: quaſi ſine lare & domicilio, dd. §. 2. & 4. l. 239. Petr. Greg. lib. 18. Syntag. 13.

Ortus ſignificat locum nativitatis. *Oriundus* eum locum unde majores noſtri fuerunt, à quibus deducti atq; nati ſumus. *Oriundus* quis dicitur reſpectu originis majorum ſuorum, non reſpectu ſuæ. Licet enim filius originem patris ſequatur, non tamen ejus patriæ nomine cenſetur, ſi aliò habita-

tum

tum conceſſit pater, & liberos ſuſtulit. Alciat.ad l. 190. *Origo* cives facit, domicilium incolas. Origini renunciari non poteſt, at benè incolatui. Quia tota domicilii ratio cum ab animo pendeat, temporaria eſt; non verò originis, quæ perpetua, d. l. cives. 7. C. de Incol. Anton. Perez Profeſſ. meus Lovanii ad eund. t. C. num. 8.

Ad §. un. d. l. 2.

Iungatur l. urbana 166. §. 1.

Aperitur *majorem diei partem* eſſe horarum ſeptem primarum, non ſupremarum. Pro quo ſciendum eſt, diem aliam eſſe naturalem, aliam civilem. *Naturalis* conſtat horis duodecim ab ortu Solis ad occaſum artificialiter quocunque anni tempore computatis, l. au-

l. aut facta, de pœn. *Civilis*, quæ & legitima dicitur conſtat horis 24. æqualibus á media nocte ad mediam noctem natnraliter computatis, l. more. 8. de fer. & dilat. & ibi Dion. Gothofred. in not. Cujac. de Diverſ. tem. præſcript. cap. 2.

Intelligiatur noſter. §. de die naturali. Cu jusprimæ ſeptem horæ, cum ſint meliores & præſtantiores totiusdiei, meritò fit ab ea parte denominatio (& non ſimpliciter ab horarum numero) vocaturque major, reſpectu ſequentium horarum, in quibus res minoris momenti peraguntur.

Hinc ſi prætor (vel alius ex his, quibus à Roma nullum diem abeſſe licebat) illis ſeptem horis abfuerit extra urbem, majorem diei partem abfuiſſe dicetur. Et ob id

Jctus

Jctus *diei, & urbis* definitionem, jungit in d.l.2. præcit. Cujac. Sed ſi poſt mediam noctem extra urbem profectus, & ante mediam ſequentem reverſus fuiſſet, non videtur unum diem abfuiſſe. Gothofr. ibid. Hinc clarent verba, d. §. 1. l. 166. quod *pernoctaſſe* extra urbem intelligendus ſit, qui nulla parte noctis in urbe eſt. Quia *per* auget ſignificationem & totam noctem ſignificat. Gædd. ad d. §. 1. Jungatur n. 22. c. 15. in verb. *pernoctantem.*

Dies qualis ſit intelligenda, ex materia ſubjecta conjicitur. I. Cum quid tractatur, cujus alia eſt ratio in luce, alia in tenebris, intelligetur de die naturali. Veluti in præſtatione operarum, quia officii diurni ſunt l. operas. 3. l. menicus. cũ §. pen. de oper. lib. Quare daturus ope-

operas damnatus, ſi non mane dedit, ſed à ſexta diei hora, totius diei nomine tenetur, l. 2. de Ann. Legat. Veluti in ſervitutibus, ceu in l. 5. §. ſi de ſervit. II. Cum deſideratur continuus temporis tractus, intelligetur de die Civili. Veluti in materia præſcriptionum, nam ut loquitur Ulp. in l. in uſucapionibus. 6. de Uſucap. tempus ita noctu procedit ac die ad complendam uſucapionem. Veluti in obligationibus aliquid intra aliquot dies dandi aut faciendi, l. Inſulam. locati & paſſim t. de V. O. Veluti cum quæritur de ætate minorum, l. denique 3. §. minore de Minor. Teſtantium l. 5. Qui teſt. fac. poſſ. Inſtitutorum l. Titius 25. §. Lucius de lib. & poſth.

Ad l. itinere.3.

Iungatur. l. mille. 154.

Aperitur quot *millia paſſuum in dies* ſingulos peragenda viatoribus: In quo ita diſtinguendum, vel ſunt certa milliaria à lege conſtituta; aut non: vel abſolutè tali, vel tali die adeſſe obligamur ex pacto, edicto, lege.

Primo caſu, in dies ſingulos, peragenda ſunt viginta millia paſsuũ, & ſi ad perficiendum iter, pauciora ſupereſſent millia, equidem hæc integrum diem occupabunt. Sic viatori qui viginti unum millia conficere debet, biduum aſſignabitur, h.l.3. Et quidem per viam quâ vulgò fit iter, & à milliario urbis, non à continentibus ædificiis, l.1. de his qui dejec. cum d.l. 154.

& ibi. Gothofr. Exemplificari poteſt, in abſente in jus vocato, l. 1. ſi quis caution. In tutore abſente ſe excuſante l. ſcire oportet. 13. de Excuſ. tutor. Si non ſint autem certa milliaria ab ipſa lege præfinita: relinquitur arbitrio boni viri, qui conſideratis conſiderandis, quot milliaria in ſingulos dies computanda æſtimabit, l. continuus 137. §. 1. de V. O. Idem erit ſi navigandum ſit, ſive iter ſit omninò maritimum, ſive etiam terreſtre. l. 1. C. de Dilat. Quod ſi duæ dentur viæ, & una brevior altera, ſemper eſt eligenda ſecurior: qualis reputatur per terram, non per mare, propter periculum & incertam tempeſtatem Jaſon. ad d. l. 1. ſi quis caut. poſt Bart. & Bal. circa l. non ſolum, de excuſ. tuto.

Se-

Secundo caſu, quando de die convenit, vel ex Edicto, aut Lege certo die, obſtrictus eſt: nihil juvabitur prædicta vicennaria ſupputatione, etiamſi illam ſuperaverit, l. de die. 8. Qui ſatisd. coga. d. l. continuus. §. cum ita.

In judiciis ergò tempus eſt itineri præfixum, viginti milliaria pro qualibet dieta. In contractibus autem id expreſſum non eſt, ideoq; boni viri arbitrio committitur. d. l. 1. Si quis caut. juncta d. l. continuus. §. cum ita:

Paſſus ſunt quinq; pedes, quantum ſcilicet paſſis, h. e. apertis brachiis efficere quis poteſt: unde & paſſus dictus. Alciat. in l. Quinq; pedum C. fin. regundor. & 1. Pareg. 18.

Adl, nominis 4. legitur, *pecu-niæ*, à quibusdam.

Iungatur l. rei. 5. in pr. l. tantum 88. l. pecunia 178. l. pecunia 222. l ſæpe 53. l. cum ſtipulamur.

97.

Aperitur vocabulum *pecuniæ* diverſimodè accipi, videlicet ſtrictè, largè, largiſſimè.

Strictè pro pecunia numerata, ſive pro ſolis nummis, ſive pro ære, auro, argento ſignato: uti in l. Julianus §. mutui. Ad SC. Maced. in l. ſi quis 4. §. pignori. de reb. cred. in l. pretia rerum. ad leg. Falc. & in L L. de Contr. empt. & vendit. Et in iſta ſignificatione toties accipitur, quoties vox numerata ita adjicitur, ut non actum numerandi, appenſionis, traditionis;

nis; ſed potentiam & qualitatem demonſtrat. DD. ad h. I. 4. & ad l. 1. de Conſtit. pec. & l. 2. C. eod. & ad Rub. C. de non num. pecun.

Largè pro illis rebus, quæ in ſuo genere functionem recipiunt: h. e. quæ pondere, numero, menſura conſtant: in quibus regulariter mutuum contrahitur: uti in l. 2. §. 1. ſi cert. pet. in l. 2. & 3. & utrobique Glo. cum Bart. & Jaſon. de reb. credit. & DD. circa l. talis ſcriptura. de Leg. I.

Largiſſimè pro omnibus quæ ſunt in patrimonio, ſive ſint corporales, ſive incorporales, ſive mobiles, ſive inmobiles. ddll. 5. 53. 88. 178. 97. & 222. Unde & ipſam rei utilitatem, & uſum, & fructum ſignificat. l. 2. de Calumniat. l. 1. ad Leg. Falc. l. 20. de Servor. ſtipul. l.

 qui-

qui injuriarum 29. de Conſtit.pecun.l.1,C.eod.Gædd.hîc:

Ad l. rei. 5.

Iungatur l.nominis.6. l.rei.23. l.appellatione rei.72.

Aperitur quod *rei* appellatio latior eſt, quàm appellatio *pecuniæ.* Quippe res continet illas,quæ in patrimonio non ſunt: de quibus in pr. lib.2. I.de rer.divis.l. 2. D.eod.&h.l.5. Sed *pecuniæ* appellatio(ſic prædicta l.4.legi debet, & non nominis) rem ſignificat,ſive patrimonium, h.l.5. Itaq; inter rem & pecuniam tantùm intereſt, quantum inter genus & ſpeciem, d.l.5.&23.§.fin.I.de rebb.corp.& incorp §.1.& ſeqq.de rer.divis,l.1. cum tribus ſeqq. D.eod.l.11.in diem 11.de Jur. omn. jud.l.68.de V. O.

O. & l. 1. cum ſeqq. de tritic. condict. tex. in l. 1. circa fi, ſi cer. pet. Bart. ad l. 1. de ſtat. hom. Ignæus ad l. contractus de R. I.

Res ſignificat bona in l: ex facto, §. rerum. de hered. inſtit. Cauſas & Jura in l. 23. h. t. Partem in l. 72. h. t. Hereditatem in l. 1. §. pen. Si tab. teſtam. nul. eſt poſthumum 12. de injuſt. teſtam. Litem in l. 8. de reſtit. in integr. l. 22. §. pen. Rem. rat. hab. Contractum & obligationem, l. 9. h. t. l. 1. de reb. cred. Negotium, materiam quæſtionem, l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis. de pœn. Æquum & bonum, l. 1. §. divus. Ad leg. Corn. de Siccar. Subſtantiam l. pecuniæ 4. h. t. Proprietatem l. ſi in rem: de rei vind. Dominium l. rem in bonis, de Acq. rer. dom. Alias ſignificationes

proſequitur Taboet. in topico milit. for. & legal. Diſcipl.

Ad l. 5. §. 1.

Iungatur, l. ædificia 139. §. perfeciſſe 1. l. facere 189. l. faciendi 175. cum l. Verbum facere 218.

Aperitur verbis *opere locato conducto* ſignificari id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα vocant (non ἔργον) h. e. ex opere facto corpus aliquod perfectum.

Perfectum dicitur, quod ſuis omnibus partibus conſtat, & ita conſumatum eſt, ut jam eſſe poſſit in uſu, l. 1. de Orig. Jur. Et propriè, cui nihil addi, vel minui poteſt ſalvâ integritate, l. Jurisperitos. de excuſ. tutor. l. 72. de V. O.

Factum non intelligitur, quod non eſt perfectum. Quare qui

locat

locat aut conducit opus, intelligitur perfectum opus locaſſe aut conduxiſſe. Ideò locator aut conductor non liberatur, niſi opere omninò abſoluto: & ſi prius moriatur, quilibet heredum tenebitur in ſolidum, nec liberabitur pro parte ſua faciendo: cujus ratio eſt, quia effectus operis in partes ſcindi non poteſt, tex. in l. in executione. 85. §. 2. de V. O. Obligationes enim de faciendo ſunt individuæ, ſicut obligationes de dando ſunt dividuæ, d. l. 85. §. 1. Quare heredes debitoris numeratæ pecuniæ, pro parte qua heredes ſunt, ſolvendo liberantur, l. 2. §. 1. l. ſtipulatus, 9. de ſolut. l. hered. 25. famil. erciſc. Vaſcon. à Vacuna lib. 5. declar. Jur. 72. n. 8.

Factum ſubinde intelligitur,

quod ceptum eſt,& *pro perfecto* habetur. Ut cum uſui eſſe poteſt, l. ædificia,§. perfeciſſe. Ut cum certa forma non requiritur, l. 15. qui. Ex quib. cauſ. maj. Ut cum ad favorem vergit, l. 3. §. minorem. de minor. l. cum ſtipulatio, §. opus. de nov. oper. nunt.

Facere & *factum* dupliciter accipitur. I. Pro mero ſive nudo facto, & tum nihil aliud ſignificat, quam corporalem effectionem, ceu fodere foſſam, ire Romam &c. II. Pro eo, quod juris effectum poſt ſe relinquit, & tum omnem omnino faciendi cauſam complectitur, dandi, ſolvendi, numerandi, reddendi, reſtituendi, judicandi, accuſandi, reficiendi, ambulandi, exercendi, &c. d. l. 218. & 175. h. t. l. omnes. circa fin. Quæ in favor. cred. l. extat. Quod met. cauſ. l. verbum

bum reddendi, 94. h. t. l. ſi heres. 73. de Leg.1. l.ſunt qui, de Re Jud. l. ſi veteris. de fide inſtr. l. ſi ſervus ſervum. §.ſi calicem. ad leg. Aquil. l.Mutius. de rei Vind. l.26. de Oper. libert. Gædd. ad l. 175. hic. Hinc *facere poſſe* vel *facere non poſſe* ſumuntur paſſim, pro ſolvẽdo eſſe, vel ſolvẽdo non eſſe, l.3. de Conſt. pec. l.24. de re judic. §.37. J. de Act.

Facere aut dare oportere eſt formula vetus actionis in perſonam, qua id quod debebatur aliqua de cauſſa, peti ſolebat, ſive in dando, ſive in faciendo cõſiſteret, l. actionũ 25. de Obl. & Act. d.l.189. hic §. omniũ 1. J.D. Act. §.fin. J. de V.O.

Non factum continetur etiam *ſub appellatione facti*, l.2. §.5. de V.O. l. in facto 60. de Cond. & Demon. l.4. Quæ in fraud. cred. d.l.

189. h.t. l. qui non facit. 121. de R. I. §. fin. J. de V.O. Quando civiliter ſumitur, h.e. prout à jure, tanquã differens ab his, quæ juris ſunt, conſideratur. Non verò, quando naturaliter ſumitur, h.e. ex verbis conſideratur. Cum jubet ſive lex, ſive homo aliquando facere affirmativè, qui non facit, dicitur contra facere, l. ſi quis major. 41. C. de transact. Cum vero jubet prohibitivè, ne quid fiat, non qui negligit facere, ſed qui facit, dicitur contra legem facere. Facere enim & nõ facere ſunt oppoſita l. ſi quis ducenta. §. utrum. de reb. dub. Cagnol. ad cit. l. qui non facit.

Ad l. nominis & rei. 6.

Iungantur l. creditores. 10. l. creditorum. 11. l. ut ſi. 12. l. conditionales. 54. l. creditor. 55. l. debitor. 108.

Ape-

Aperitur quinam dicantur *creditores*, & quinam *debitores*: ſive qui ſint *rei credendi*, & qui *rei debendi*. dd.ll. J. ſi duo. 34. de recept. arb. l. qui hominem. 34. §. quidam. de ſolut. l. 5. de V. O. & in pr. J. de duob. reis ſtipul. & promit. l. 10. de conſtit. pecun. l. 16. eod. & to. t. de duob. reis.

Rei antiquitus à re, h. e. lite dicti, ſive arguerentur, ſive de re eorum diſceptaretur. Poſtea verò rei dici cœpti ſunt, à re quā promiſerunt, ac debent: h. e. ii, unde quid judicio petitur. Feſt. & Cic. 1. & 2. de Orat.

Rei appellationem ſicut & *nominis*, ait, h. l. 6. ad omnem contractum & obligationem pertinere. Ratio eſt, quia quicunque ex quacunque cauſa vel obligatione debet, *reus debet*; è contra, cui

ex

ex quacunque cauſa debetur, *creditor eſt*. d.l.11. & 12. In omnibus autem contractibus & obligationibus, aut de re, aut de nomine h.e. debito agitur. Quippe & rem & nomen obligamus, vendim⁹, paſcimur. l. nomem. 4. C. Quæ res pign. dar. l. ſi convenerit. 18. de pign. Act. l. à d. Pio 15. §. 10. de re judic. l. pactum 46. & l. ſi quis 49. de pact.

Quod *debita* vocentur *nomina* ex eo manat, quod veteres ſolebant debitorum nomina in tabulis ſeu *Kalendariis* ſcribere, h. e. in libris accepti & expenſi, ſive pecuniarum occupatarum, fœnori ve collocatarum; unde & ipſæ obligationes, & cautiones, nomina evacari cæperunt, Senec. 7. de Benefic. 10. & epiſt. 87. & utrobique Lipſius, l. fin. C. de pact. conu, l. ſolutū. §. 1.

§. 1. de pign. act. l. 31. de pet. hered. Unde & qui æs alienum contrahunt, *nomina facere* dicuntur. Revard. lib. 3. de Jur. ambigu. cap. 1.

Creditoris & debitoris nomen ſtrictè & latè accipitur. *Strictè creditor* is eſt, qui pecuniam mutuam dedit. Late creditor is eſt, qui fidē alterius, ſive verè, ſive ex interpretatione legis ſecutꝰ eſt. dd. ll. 6. 10. 11. 12. 55. h. t. In hac ſignificatione creditor eſt cui debetur ex quacūq; actione, vel perſecutione, vel jure civili, vel honorario, vel extraordinario, ſive purè, ſive in diem, vel ſub conditione, vel ex contractu, vel ex delicto, vel ex populari cauſa poſt litis conteſtationem, vel ex qualibet cauſſa: dummodo perpetua aliqua exceptione ſubmoveri non poſſit, l. qui in fraudem. actio-

27. Qui & à quib. manu. l. 4. de ſeparat. l. omnem. de Judic. l. 1. ſi cert. pet. Novel. 4. §. fin. Ratio eſt, quia *exceptio perpetua* adeò perimit actionem, ut eâ nunquam uti poſſimus. l. 3. de except. Secus verò *exceptio temporalis*, quæ tantum ad tempus nocet, & ideò *dilatoria* nominatur. d. l. 3 eod. Cui exceptio dilatoria obſtat, is dicitur *creditor temporalis*. *Conditionalis creditor* is dicitur, cui ſub conditione debetur. Iſte niſi evenerit conditio, ille niſi dies ceſſerit, agere non poſſunt, l. 54. & 55. h. t. l. cui ſub conditione 42. de O. & A. Quid ſit cedere & venire diem, dicetur intr. ad l. cedere diem. 213. h. t.

Strictè debitor is eſt, qui mutuū accipit, qui ex cauſa crediti debet, quo invito pecunia exigi poteſt. l.

108.

108.h.t.l.incẽdium C.ſicert.pet.l.
18. de fidejuſſ. Conna n.7.com̃.1.
Latè debitor is eſt, qui debet
ex quacunque cauſa, & cujus fi-
dem creditor ſecutus eſt, præcitt.
l. Dummodo exceptione perpe-
ua ſe tueri non poſſit: quia talis
lebitoris loco eſſe deſinit. arg. l.
o. & junctarum h.t. tex.in l.Mar-
ellus 66. & ibi Dec. de R.J.
Creditor & debitor in utraque
gnificatione ſibi relativè oppo-
ũtur. Vultæ.ad §.contra a I.quib.
i. lic.& ad §. fin.I. de Obligat.

Ad l. Sponſio.7.

Aperitur quid *ſponſus & ſponſio*.
medio hujus legis legi debet
nſus loco *ſponſi*. Dicitur au-
n hic ſponſus promiſſio ſive
nſio ſive promiſſum, unde ori-
actio ex ſponſu h.e.ex promiſſo.
Un-

Unde illa verba apud Serv. Sulpit. Si poſt ſtipulationes uxor non dabatur, qui ſtipulabatur *ex ſponſu agebat*, judices cognoſcebant. Stipulabãtur enim Romani hoc modo: ſponden' tuam gnatam uxorem filio meo? Adquam ſolemnem interrogationem, ſi reſpondiſſet pater: ſpondeo. Dicebatur filiam *deſpondiſſe* (quia de ſponte ejus, h.e. de voluntate exierat) & obligatus ex ſponſu eam in uxorem dabat. Nec in matrimoniis tatũ, ſed & in aliis actio ex ſponſu locum habebat. Unde & apud M. Tull. Pro Quintio hæc verba. Sponſionem facere maluit: fecit. Te judicem ſumpſit, *ex ſponſu* egit.

Sponſio genus erat *ſtipulationis*, qua utebantur poſt interdicta, cum lis quædam appendicula incidiſſet, aut etiam ſi alio modo in-

ter

ter duos controverteretur. Fiebat autem ſponſio, interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet, qui ſponſione vinceretur. *Sponſio* etiam erat *concertatio* quædam *pignorum*, ni ita ſe res haberet, ut affirmabat ille qui deponebat. Ulp. in l. ſi gratuitam. 17. §. 5. de præſer. verb. ſi quis *ſponſionis cauſa* annulos acceperit, nec reddidit victori. Item Marcian. in l. 3. de aleator. *ſponſionem facere* licet, ubi pro virtute certamen eſt. jungatur Paul. in l. 2. eod.

Spondere dicitur quis, qui verbis promittit, etiamſi nullus ab eo ſtipuletur, l. ſciendum. 19. de Ædil. edict. §. 1. J. de V. O. Hic omnis ſtipulatio & promiſſio, quæ etiam citra interrogationem ſponſus fit, *ſponſio* appellatur. Paul. in h. l. 7. Quia ſponte fit, dicitur, promittitur.

tur. Hinc *ſponſores*, maximè qui pro aliis, ſive rogati, ſive non rogati, ſive ſolenni ſtipulatione, ſive nuda receptione, intercedant. Gædd. hîc.

Ad l. verbum oportebit. 8.

Iungatur l. verbum erit. 123. l. verbum oportere 37.

Aperitur quoutq; extendat ſe ſignificatio verborum, *oportet, oportebit, eſt erit.* Verbum *oportebit*, in his & ſimilibus locutionibus: *remitto, dono, lego quod te dare, ſolvere, pati oportebit*, continet non tantum quod oportebit dare poſt factam diſpoſitionem, ſed etiam quod oportet jam, & antea oportuit, ſi nondum datum ſolutumve ſit. Et hoc eſt, quod inquit h. l. 8. Verbum oportebit tam præ-

ſens,

ſens, quàm futurum tempus ſignificat. Ratio eſt, quia & quod nunc dare oportet, verum eſt, quod & paulò poſt dare oportebit, & toto tempore futuro quamdiu ſolutũ non eſt. Verbum *oportet* in hac & ſimili ſtipulatione: *quod te mihi dare facere oportet, &c.* continet tantum, quod præſenti die debetur. l. ſi ſtipulatus 76. l. ſi à colono. 89. l. cum ſtipulamur. 125. de V.O. Ratio eſt, quia regulariter verba ſemper ſecundum ſuum tempus accipienda ſunt l. ſi ſcripſiſſem 46. de legat. 2. l. 7. de Aur. & arg. leg. *Oportere* ad veritatem refertur, non ad facultatem d. l. 37. h. t. nimirum in condemnationibus; quamvis poſſit Judex in plus, vel in minus, ex cauſa condemnare: quàm actor verè ſibi debere libel-

bello comprehenderit. Alciat. hic.

Verbum præſentis vel præteriti ſubinde trahitur ad futura. I. Et potiſſimè, quando eadem ratio militat, ceu in l. ſcriptura. de Leg. 1. II. Quando ita expreſsè actum. l. non aliter. 69. de legat.

Verbum futuri tempotis, regulariter neque ad præſens, neque ad præteritum trahitur. Subinde tamen pro utroque ponitur, ceu in l. ſi uxori. §. cum ita legatum de aur. & arg. leg. & in l. noviſſima. 19. Judic. ſol.

Verbum eſt non ſolum præſens, ſed præteritum etiam tempus ſignificat. d. l. 123. h. t. Nam cùm dicimus, Titius ſolutus eſt ab obligatione, & præteritum & præſens connotamus. Sic quoque cum dici-

dicimus Troja capta eſt, is ſermo non refertur ad præſentis facti demonſtrationem, ſed ad præteritum. d. l. 123. cum l. Plotiana de Jure codicil. Ratio eſt, quia id præteritum etiamnum durat: & omnis actus permanens apud J-ctos eſt præſentis temporis l. is. qui. 11. §. 4. Quod vi aut clam. Mant. hic poſt Bald. ad l. de quibus. de legi. *Eſt* propriè notat præſens, & continet demonſtrationem. l. inter veſtem. §. item ſcribit. de Att. & Arg. Leg. Alciat. ad cit. l. 123.

Verbum *erit* non modò futurum, ſed interdum quoque præteritum demonſtrat. d. l. 123. Nam cum codicilli ita confirmati teſtamento fuerint: *quod in codicillis ſcriptum erit:* vel *quod quibusve tabu-*

tabulis reliquero, valere volo. Subintelligitur *cum moriar*. Quo tempore, id quod, vel in codicillis, vel in tabulis ſcriptum erit, debebitur: quandocunque tabulæ fuerint ſcriptæ. cit. l. Plotiana 18. Sic cum dicit teſtator, *lego* quæ empta erunt, &c. continentur & illa, quæ nunc temporis ſunt.

Itaque legato auro, quod in arca erit, continetur & quod nunc eſt, dummodo usque ad mortem teſtatoris manſerit depoſitũ. cit. l. 2. de Aur. & Arg. Ratio eſt, quia verbum futuri temporis, non ſolet ulterius extendi in teſtamẽtis.

Ad l. mulieris. 13.

Iungatur l. Labeo 14. l. Marcellus. 9. l. in Lege. 203.

Aperitur quot modis *res abeſſe* à nobis dicatur. 1. Abeſſe dicitur,

citur, ſi periit omninò, ut pariter materia & forma intereant d. l. 13. §. 3. in fin. (*Periiſſe* etiã & ſciſſum, & fractum, & vi raptum continet, d. l. 9.) 2. Si res ignoretur an ſit, vel ubi ſit, l. ſi pater, de ritu nupt. & præcit. §. 3. in pr. 3. Si rei perſequendæ actio non habetur, d. l. 14. §. 1. 4. Si res deterior facta vel corrupta, aut forma mutata eſt. d. l. 13. §. 10. l. 14. in pr. Quia plus eſt in manu pretio, vel arte, quàm in re, vel ſubſtantia. 5. Si pretium abeſt, d. l. 14.

Deſinere abeſſe tunc videntur res, cum ſic redeunt in poteſtatem, ne amittere poſſeſſionem poſſimus, d. l. 13. §. 2. l. qui fundum, 7. §. pen. Pro empt. Deſinere enim ſignificat ejus rei quam habuimus privationem. Et ut ſolemus dice-

re ; privatio præſupponit habitum. Bræchæ.

Ad l. Bona. 15.

Jungatur l. eum qui. 16. l. inter. 17.

Aperitur quid *propriè publicum*, quid *latè publicum*.

Propriè ſive ſtrictè publica ſunt, quæ ad populum Romanum, vel ad ſupremum principem, vel ad rem publicam liberam, pertinent, & omnium utilitati accomodata ſunt. §. 2. cum ſeqq. J. de rerum divis. Donell. 4. Comment. 2. & 3. omnibusq; patent, quaſi populica à populo dicta: populus autem denominatur à multitudine & frequentia ſua. Bart. in l. pe. Quod cujusque univer. & majorem numerum, imò integrum populum adſigni-

ſignificat, non civitatem aliquam ſubjectam, quæ eſt tantum pars populi: quo ſenſu d.l.16, ait, civitates privatorum loco haberi. Quemadmodum enim civitatis unius pars, eſt privata aliqua familia; ita quoque imperii, vel regni alicujus, pars eſt una civitas: quo ſenſu h.l. 15. ait, civitatum bona abuſive publica dici.

Sola civitas Romana eſt communis omnium patria l. Roma. ad Municip. l. in orbe Romano. de Stat. hom. Ideòque propriè loquendo, ea tantum publica ſunt, quæ populi Romani ſunt, ut ait, h. l. 15.

Publica ſtrictè ſunt duplicia. Alia ſunt res quaſi in patrimonio, & ex quibus Reſpublica redditum capit: qualia vectigalia portus, ſive

portoria, venialium rerum, ſive venalitium, ſalinarum, metallorum, agri publici, &c. d. l. 17. §. 1. cum l. 203. h. t. junctis l. 3. C. de Vectigal. & l. 1. C. de Veteran. lib. XII. Alia ſunt res, quæ non ſunt in cujusquam patrimonio, uſus tamen omnibus patet: qualia ſunt flumina perennia, & eorum ripæ quatenus requirit uſus, l. 4. & 5. de rer. divis. & §. 1. J. eod. l. 2. & 3. de flumin. Zoes. 1. Comment. 8. num. 10.

Qui vectigal populi Romani, aut Principis, conductũ habet, *Publicanus* propriè appellatur, præcit. l. 16. h. t. l. quantæ 12. in fin. cum l. ſeq. de Publican. & vectigal. *Vectigalia* propriè appellantur portoria pro invectis aut evectis præſtari ſolita l. ſi quis pro uxore, de Don.

Don. inter. vir. & uxor. *Publica vectigalia* intelliguntur, ex quibus fiſcus capit vectigal. d.l. 17. §. 1. *Fiſcus* propriè vocantur *nummi publici* Principis: inde cōfiſcari, h.e. in publicum patrimonium redigere: & *Fiſcus* etiam pro ipſa *perſona*, quæ curam talis patrimonii habet. Perez. Prof. meus ad tit. C. de Jur. Fiſci. n. 5. lib. X. Pet. Gregor. 3. de Republ. 2.

Publica latè ſunt duplicia. Alia in quibus civitas lucrum non habet, ſed pro uſibus publicis deſtinata ſunt, ceu theatra, fontes publici, & ſimilia quæ recenſentur, l. 2. F. t. 1. & ab Ulpiano in d. l. 17. excluduntur. Alia in quibus civitas lucrum habet & commodū præter ſtationem publicam, ceu prædia, inſulæ, tabernæ, peculia-

ſervorum civitatum, & ſimilium, quæ ab eod. Ulpiano hic admittuntur.

Ad l. Munus. 18.

Iungatur l. inter donum. 194. l. munus. 214. l. pupillus 239. §. munus. 3. l. municipes. 228.

Aperitur homonymia verbi *munus* & quid inter *donum* & *munus* interſit: item qui *munifices* & *municipes*.

Accipitur munus. I. Pro dono: inde munera dari, dici, mitti, h. l. 18. & 214. in fin. cum l. plebiſcito. de offic. præſid. II. Pro onere h. l. 18. inde *immunitas*, h. e. *exemptio* & vacatio publicorum onerũ. tit. D. de mun. & hon. tit. C. de iis qui à princip. vacat. imp. tit. C. de Vaca. publ. mun. lib. X. III. Pro offi-

officio: inde *munera militaria* & *civilia*. d.l.214.&228.&§.3.d.l.239. tit. præcit. de muner. & honor. IV. Pro ſpectaculis ſive ludis, quæ populo quaſi muneris loco exhibentur. l. civitatibus. 122. de legat. I. l. publicus, 36. de Cond. & Demonſtr. tit. C. de ſpectaculis &. t. de Gladiatoribus lib. XI. Tertull. lib. de ſpectacul. Inde munus gladiatorium. Juſt. Lipſius, I, Saturnal. 8. & lib. 2. cap. 18.

A munere alii *munifices*, alii *municipes* nuncupati fuerunt. *Munifices* erant milites, qui propter munera militiam facere cogebantur. Veget. lib. 1. de re milit. Qui cum vacabant muneris officio *beneficiarii* dicebantur.

Municipes erant cives, qui in eodem municipio nati, munera

civilia capiebant, h.l. 18. & 228. cũ l.1. ad Municip. *Munera* autem quæ ſubibant erant vel *ordinaria*, vel *extraordinaria*. *Ordinarium munus erat*, quod lege, aut more civitatis, ſecundum ætates ac dignitates inter ſe municipes, ordine ſive per vices gerere ſolebant. l. 1. C. de mun. patrim. Cujus generis erat, munus hoſpitis in domo recipiendi l. 3. de mun. & hon. *Extraordinarium munus* erat officium privati hominis, ex quo commodum ad ſingulos, univerſoſq; cives, remque eorum imperio magiſtratus extraordinarium perveniebat. d. l. 239. §. 3. Cujus generis erant munitiones publicæ viæ. l. fin. de mun. & hon.

Donum eſt propriè Deorum ſuperiorum, vel Deorum tantum: mu-

munus eſt Deorum inferiorum, vel hominum tantum. Servius & Donatus. 2. Donum à donando, & à mera donantis liberalitate procedit, & ſic voluntarium ſive ſpontaneum eſt: munus autem dicitur, quaſi dono minus, quia legi, moribus, imperio ſubjicitur, & ſic eſt neceſſarium ſive coactum. l. 1. de Donat. l. Senatus. de Don. cauſ. mor. l. 194. & 214. hic. 3. Donum fit ſine cauſa: munus fit cum cauſa. d. l. 194. l. patronus. C. de bon. poſ. con. tab. l. Julianus, de bon. libert. l. 1. de Donat. l. 2. §. circa. de Except. 4. Donum genus eſt, munus ſpecies, d. l. 194. Hinc quod donum fuerit id munus rectè dicitur, d. l. 214.

Ad l. Labeo. 19.

Iungatur l. verba 20. l. licet 58.

Aperitur quid *gerere*, *agere*, *contrahere*.

Agere latiſſimè ſumptum eſt quodlibet humanum factum expedire, ſive id fiat operando, ſive conſilio & facto ipſo, ſive volutando, ſive impellendo, ſive conſentiendo, & quolibet alio modo. Gædd. hic.

Actum eſt generale verbum, quod de quocunque accipitur: ut cum dicitur, actus agentium non operari ultra illorum intentionem. l. non omnis de Reb. cred. Et pro omni eo, quod agitur. h. l. 19. Sive verbis agatur, ut in ſtipulatione, §. 1. J. & L. 1. de V. O. Sive re agatur, ut in numeratione §. 1. J. Quib. mod. re contr. oblig.

Gerere latiſſimè ſumptum ſignificat facere, adminiſtrare, adſerere, exiſtimare. *Geſtum in lata* ſignificatione, id eſt, quod factum, d.l.58. Sic in edicto l.7. de Minoribus. & l.1. Quæ in fraud. credit. geſtum accipitur, qualiter qualiter & quomodocunque factum. *Geſtum in ſtricta* ſignificatione, idem eſt, quod res ſine verbis facta d.l.19. in fin. cum l. 2. de curat. bon. dand.

Contrahere accipitur *largè* cum ex altera tantum parte oritur obligatio, ut tit. J. de Obligat. circa fin. *Largius* pro delicto, ut in l. heres abſens, & l. omnem. de Judic. *Largiſſimè* pro Judicio, ut in l.3.§. item ſcribit de pecu. *Strictè* pro contractu ultro citroque obligatorio. ut hic M. Mant.

Contractus eſt factum obligationem inter aliquos conſtituens. Factum quo obligamur, ſed non ipſum juris vinculum, quod eſt obligatio, ex contractu orta. t. J. de oblig. in pr. l. 3. de O. & Act. *Contractus propriè* ultro citroque obligationem (quod Græci συνάλλαγμα vocant) habet: veluti in emptione, venditione, locatione, conductione, ſocietate, h. l. 19.

Impropriè accipitur, *contractus* cum ab una tantum parte oritur obligatio: veluti in mutuo, ſtipulatione, donatione, l. 2. de reb. cred. l. 1. §. 4. de V. O. l. 7. C. de his quæ vi met. cau. *Magis impropriè contractus* accipitur pro diſtractu. §. 1. J. Quib. mo. re contr. oblig. Veluti in transactione, ſolutione, liberatione d. l. 7. C. & l. omnem, 20. de Jud. Corvin. hic. Nec

Nec *contractus*, nec *rei geſtio* ad teſtamenti factionem pertinent: quo ſenſu d.l.20.h.t.verba *contraxerunt*, *geſſerunt* negat pertinere ad jus teſtandi. Ratio primi eſt, quia ex contractu propriè ſumpto ſynallagma ſive mutua obligatio naſcitur: ſed in teſtamento neque teſtator, neque heres, viciſſim obligantur: Ergo, &c. Ratio ſecundi eſt, quia geſtio rebus conſtat, & absque verbis perficitur: ſed teſtamenti factio, magis verbis conſtat, quam rebus: Ergo, &c.

Ad l. Princeps. 21.

Iungatur l. bonorū 208. l ſubſignatum 39. §. bona, 1, l. bonorum 49. l. propriè. 83.

Aperitur *ſub conceſſione bonorum* etiam *obligationes* contineri.

Princeps bona concedendo, videtur etiam obligationes concedere. h. l. 21. Cujus Ratio hæc eſt, quod *appellatio bonorum*, ſicut & *hereditatis*, univerſitatem quandam, ac jus ſucceſſionis, & non ſingulas res demonſtrat. d. l. 208. Mirum proinde non eſt, ſi *obligationes* videantur quoq; conceſſæ, quę bonis ceu appendices inhærent. l. 1. & 2. C. de ſent. paſſ. Tamen de illis tantum intelligatur obligationibus, ex quibus illi commodum accedit: & de bonis, quæ deducto ære alieno ſuperſunt. d. §. 3. l. 39. hic. *Naturaliter* enim *bona* ex eo quod *beent*, nomen habent, beare autem nequeunt debitis *onerata*, cum plus *incommodi*, quam commodi habeant. d. l. 49. & 83. Et Principis beneficia favorem ut ope-

operentur, pleniſſimè interpretanda ſunt, l. pen. de Conſt. princip.

Bonorum appellatio cum *propriè & naturaliter* ſumitur, uti in d.l.39.§.1. ſignicat bona, quæ deducto ære alieno ſuperſunt. Cum vero *impropriè & civiliter* ſumitur, uti in d.l.208. ſignificat univerſitatem bonorum, ſicuti jam modo dictum eſt.

Ad l. Plus eſt, 22.

Iungatur l. reſtituere 35. l. reſtituere 75. l. apud Labeonũ 246. § reſtituit. 1. l. cum prætor. 81. in fin. l. quos nos 234. §. locuples. 1.

Aperitur quid importet *reſtituere*, & quid *exhibere*. Et ait Gajus in h.l.22. plus eſſe *in reſtitutione*, quàm *in exhibitione*. Rationem

nem ſubdit, nam *exhibere* eſt præſentiam corporis præbere, nempe in publico & apud Magiſtratum, ad hoc ut actor copiam corporis, ſive rei habens, poſſit jure experiri, & actione exequi, quod ſibi propoſuit. l. 2. ad exhiben. l. 3. de liber. hom. exhib. l. 3. de tabb. exhib. Zoeſ x. Comment. 4. n. 2.

Exhibere, tam ad res refertur, quàm ad perſonas, generaliter loquendo, d. l. 22. & 246. h. t.

Reſtituere eſt retrò ſtatuere, h. e. in eum caſum rem conſtituere & reddere, in quem fuiſſet ſi nihil adverſus id, ob quod reſtitutio facienda, eveniſſet, d. l. 75. Ille ergò dicitur *reſtituere* qui non tantum præſentiam corporis aut rei præbet, ſed eam cum univerſa ſua, etiam uſucapiendi cauſſa, acceſſi-

one,

one, fructu, uſura, intereſſe, & omni commodo & emolumento tam occaſione rei, quam ex ipſa re proveniente, reddit & præſtat, h.l.22.cum l.35. 81. & 296. in fin.l. qui reſtituere. l. præterea. l. ex adverſa. de rei vind. l.2. l. videamus. de uſur. l. ſed & partus. l. item ſi. Quod met. cauſ.l.3. Commod.l 4. de alien. jud.mut. cauſ.

Reſtitui autem qui debet ab interpretatione juris proficiſcitur, loquitur præcit.l.296.& facit l.in condemnatione. §. cum verbum reſtituere.& ibi Decius. de R. J. Et pro magnitudine rei reſtituendæ, ſi quis ſatis idoneè habeat, *locuples* reputatur. d.l.234. §.1. l.ult. in fin. Si cert. pet.

Ex dictis ſatis patet, quantum inter exhibere, & reſtituere interſit:

ſit: & rectè reſpondiſſe Gajum: longè plus in reſtitutione eſſe, quàm in exhibitione.

Ad l. nihil aliud. 24.

Iungatur l. pecuniæ 178. §. 1. l. delata 151. l. lege 130. l. bonorum 208. l. hereditatis. 119. l. hereditatis. 138. itinere. 3. §. 1.

Aperitur, quid hereditas, quidem ſub ejus appellatione, quo jure obveniat, quomodo acquiratur nec dici apud hoſtes defuncti.

Hereditas nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit. tex. hic in l. 24. & in l. hereditas. 62. de R. J. Quibus verbis magis definitur *aditio hereditatis*, quàm ipſa hereditas. Cum enim hereditas ſit relatio juxta æqualitatem & inæqualitatem, ma-

maluit Jctus definire juxta actionem & paſſionem, res eſt aditio. M. Mant. hic. poſt Aretin. in Rubr. D. de acq. her. Quam ob rem Ulpianus in d. l. 178. §. 1. & in l. hereditas 50. de hered. pet. effatur, quod *hereditas nomen juris eſt*, quod acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit, & ſine ullo tempore juris intellectum habet.

Inde patet hæreditatem, nec viventis, nec rei particularis eſſe, ſola ſucceſſione deferri: & quamdiu jacet, nec eſt heredi quæſita, vocari jus quòd defunctus habuit, & hunc repræſentare. l. quoties, 13. C. de hered. inſtit. l. fin. C. de pact. l. heres quoque, de acquir. hered. l. hereditas, 34. de Acqu. rer. dom. d. l. 208. h. t.

He-

Hereditatis appellatione, etia[m]
damnoſa hereditas; etiam poſſe[ſ-]
ſio bonorum, continetur dd. l[.]
119.& 138.h.t. Ratio illius eſt, qu[ia]
hereditas eſt nomen juris, in ju[re]
conſiſtit, & ſine ullo corpore, in[-]
tellectum juris habet.l.3. de bon.
poſſ. cum d.l. 50. de hered. pet.
Ratio iſtius eſt, quia bonorum po[ſ-]
ſeſſio, eſt quædam Prætoria h[e-]
reditas, hereditate in genere acc[e-]
ptâ, ſed non in ſpecie l.1. de bono[r.]
poſſeſſ.Vac.à Vacun.3. declaà. Ju[...]
48.

Defertur hereditas ex teſtame[n-]
to, aut ab inteſtato, vel jure præt[o-]
rio. Et licet quæ ab inteſtato in
ſpecie legitima vocatur

i quisrei ſuæ legaſſit, ita jus eſto
rbis 120. h.t.l.1. de ſuis & legit.
Famil. erciſc. l. 1. ſi tab. teſt. nul.
ıb. Proinde in d. l. 130. h.t.
tur non impropriè heredita-
obvenire, quæ ex teſtamento
rtur. Id enim operatur ipſa
rmatio, cum actus à mera
irmantis voluntate ſubſtanti-
ımit. l. adoptio. de Adoption.
quiritur hereditas aditione
aut verbis animum explican-
ıia ſolo animo aditur. §. fin. J.
red. qualit. & differ. & quidē
& purè, quando conſtat
ıodo, & quota ex parte dela-
Sed non intelligitur dela-
e non poteſt adeundo con-
d. l. 151. h.t. Sicuti nec h

Hereditas illius qui deceſſit a-
pud hoſtes dici non poteſt. d.l.3.
1. hic. Ratio eſt: quia factus ſe
vus, bonorum poteſtatem & teſt
menti factionem amiſit. l. 5. de
ſtatu hom. l. ſervitutem 209. de I
J. §. fin. J. Quib. non eſt perm. fa
teſt.

Ad l. rectè. 25.

*Iungatur l. nomen 164. §. par-
titionis. 1.*

Aperitur *l. Fundum totum*
eſſe *noſtrum*, etiam cum *uſusfr*
ctus alienus eſt. Ratio eſt, quia
uſusfructus non dominii pars
ſed ſervitutis eſt, h. l. 25. l. M
vius 66. § fund...

e quid fiat, ut ne ædificetur, &c.
ed cum jus illud, ſit ſolo intelle-
u perceptibile, quia eſt res incor-
oralis. J. de reb. corp. & incorp. re-
è pronunciat Paulus hic, quod
on ſit pars dominii, ſive ipſius rei,
uæ eſt aliquid corporale. Et ve-
um eſt, eum fundum totum no-
rum eſſe, cujus non poteſt ulla
ars dici alterius eſſe: licet alius in
o habeat ſervitutem, h. l. 25. Hinc
plicetur. §. ſi cui fundus, 9. J. de
gat. rectè fundum ab eo peti, cui
la proprietas debetur: quia uſuſ-
uctus non eſt portio fundi, ſed
jure conſiſtit, ut reſpondet Pa-
inianus in cit. l. Mævius, §. fundo.
l. cum filius 75 § dominus [illegible]

pro diviſo. d. l. 25. §. 1. *Pars pro*
diviſo eſt, quæ toti conjuncta e
& mente potius, quam corpor
perceptibilis eſt: velut in bonis ſ
cialibus, in bonis dividundis, i
hereditate eriſcunda: quia par
reſpectu totius pars eſt, neque pa
niſi toti conjuncta: nam ſi pars
toto corporaliter dividatur, ea
pars à toto ſejuncta, jam pars an
plius non eſt, ſed ipſa per ſe totu
conſtituit. *Pars pro diviſo* dic
tur, quæ à toto abjuncta eſt: ſive
habeatur relatio ad tempus, qu
erat ſuo toti annexa, veluti in l. i
ſulam. 56. §. fin. de acqu. rer. dom
ſive ad voluntatem diſponentis
qui vult ut pars ſit velut in l. Gai

ıtio non eſt adjecta : ſed cum
ıtio eſt, ſignificabit prout adje-
um eſt. Poteſt enim teſtator ju-
re prout ſibi libuerit, ut heres
m alio hereditatem partiatur. l.
iam. de uſufr. l. plures. de Damn.
fect. Bartol. circa l. Lucius de
g. 2. d. l. 164. §. 1. h. t. §. Sed quia. J.
fideicom. hered.

Ad l. partum. 26.

Iungatur l. Bonæfidei. 108.

Aperitur *partum non* eſſe *par-
m* rei furtivæ. l. 26. Ex quo ſequi-
r, poſſe uſucapi, ſi res furtiva cō-
perit, & pepererit apud poſſeſ-
rem bonæfidei. l. qui vas. & ibi
ıjac. & Gothofr. §. ancilla. de furt.
l. § 2. de publ. in rem act. D...

Emptor bonæfidei eſſe videtu
qui rem quam emit, ignoravit e
alienam: aut putavit eum qui ve
didit, jus habere vendendi : p
ta procuratorem, aut tutorem
ſe. d. l. 108. l. qui à quolibet. de co
tract. empt. l. ult. Pro emptor.
contra ergò, *emptor malæfide*
eſt, qui ſcit rem alienam eſſe, au
eum qui vendidit, jus vender
non habere: & quisquis contra
gum interdicta mercatur. d. l. q
à quolibet. l. ſi quis cum. 8. &
Cujac. pro empt.

Ad l. ager. 27.

Iungatur l. locus. 60. l. Quæſtio 115. l. fi
cti. 211. l. urbana 198. l. urbana 166. l. n
ium 242. §. 1. 2. & 4. l. quid. 86. l. ...

Aperitur ſignificatio ſubſequen-
um dictionum, agri, villæ, loci,
c. *Ager* eſt locus in rure, qui
gitatur & colitur, ſive compaſcu-
ſit; ſive conſitus, ſive floridus,
ieg. Et cum ſtrictè accipitur, ceu
d.l. 27. h.t. eſt locus ſine villa.
uare *agro legato*, non cenſetur
lla legata l. uxori uſumfructum.
. de Uſu & Uſufr. leg. *Villa* di-
ntur ædificia in uſu ruſtica. d.l.
1. Locus ſine ædificio rure *ager*
ppellatur d.l. 211.

Locus non ſolum eſt id, in quo
nſiſtimus, verum etiam totus
nbitus, quod ante & poſt eſt, &
iod ad dextrum & ſiniſtrum, ſu-
a & infra eſt. Latom.

Loci appellatio non modò ad

locus ſine ædificio, in urbe *area*, rure *ager*, nuncupatur, d.l. 211.

Fundus eſt ipſum ſolum, ſive cultum, ſive incultum ſit. Var. lib. 4. *Fundi* appellatione, omne ædificium, & omnis ager continetur, d.l. 211. nam fundus eſt, omne quidquid ſolo tenetur, d.l. 115. generaliter loquendo. Fundo ſi utimur, *prædium* dicitur. *Utilitas* quæ ex prædio venit, conſiſtit, vel *in proprietate*, hinc *ager*: vel *in uſu* hinc *poſſeſſio*. d.l. 115.

Fundus à loco differt. I. Quod fundus integrum aliquod eſt, & plerumque ſine villa locus, d.l. 60 præſcriptos ac præfinitos limites habens. Sed l...

:ctione noſtra & arbitratu, quç-
:t etiam minima fundi portio,
dus poterit conſtitui, & appel-
: & è contra, fundus integer,
eſt locus effici, ſi eum alii fun-
adjunxerimus. d.l.60. Sed lo-
, nec ab effectione, nec ab opi-
ne noſtra, conſtituitur. III.
ndus in ruſticis tantum haberi
et. Sed locus ad urbana etiam
ctat, uti ſupr. & in d.l.211.
Fundo in genere legato, vel ſti-
lato, nec legatum valebit, nec
ulatio, propter incertitudinē:
ia heres, vel promiſſor, offeren-
terræ ceſpitem liberaretur. l.
m poſt.69.§. generaliter. de Jur.
t.l. ubi autem. 75.§.1. de V.O.
ndo in ſpecie legato, quamvis

tur. l. Gajus. 86. circa fin. de
Leg. 2.

Poſſeſſio uſus & præſcriptio eſt a
gri, cujus proprietas ad nos non
pertinet. Spig. vel ſecund. Gothof.
ad d. l. 115. Eſt corpus cujus ple
num uſum habemus, proprieta
tem neque habemus, neque ha
bere poſſumus. Quidquid enim
adprehendimus, cujus proprie
tas ad nos non pertinet, aut ne
poteſt pertinere, hoc poſſeſſion
appellamus. *Poſſeſſio* ergo uſus
ager *proprietas* loci eſt, ſive ſpecie
fundi: & hæc inter ſe differunt, d
l. 115.

Prædium eſt generale nomen
tam poſſeſſionis, quàm agri, d.
... & in fin. itaq; qui fundum patr

ſſidet, l. 1. Si ager vectigal. l. 15.
fin. de Vectigal. *Prædium eſt*
tum; quod pro arbitrio poſſi-
ntium pluribus quandoq; fun-
s conſtat, nam fundus in prædio
;, ſicuti locus infundo. *Fundus*
eò unicus, interdum eſt prædi-
n, ſi partes ſibi in prædio domi-
ıs non diſcernat. d. l. 60 & 198.
Prædium dividitur in *urbanum*
ruſticum. to. tit. de ſer. urb. præ-
or. & t. ſervit. ruſt. præd. Illud
urbe, hoc à rure, derivatur, ut
uidquid urbanum non ſit, ruſti-
um perhibeatur, non tamen re-
ectu ad locum habito, ſed ad u-
um ac finem cujusque rei. Gædd.
d l. 2. h. t. patet ex l. 4. §. ſi ita le-
etur. de pen. ...

ſupell. leg. l. 1. Com. præd. Hi
ait, d.l. 198. h. t. urbanum præ
non locus facit, ſed materia.

Iura prædiorum nihil aliud ſu
quam prædia qualiter ſe habe
tia, ut bonitas, ſalubritas, ampli
do, d.l. 86. *Iura prædiorum* ali
ſunt *& propriè* ſervitutes. l. 1. d
ſervit. ruſt. prædior. Connan. l
4. cap. 7. *Servitus* autem defini
re Vultæjo ad t. 3. lib. 2. J. n. 2.
jus ſerviendi in re aliena conſtit
tum; quod vel perſonæ, vel rei d
betur; & inde perſonalis, vel rea
nominatur. Ibid. num. 4. *Præ*
non tantum *aliquorum* dicunt
quæ *diviſa* ſunt, ſed & quæ adh
... l. littus 96. § 1

Ædes ſingificat, quidquid ha-
abile eſt. *Ædium* & *ædificii* ap-
llatio, tam ad ruſticas, quam ad
banas habitationes pertinet. d. l.
. l. 41. §. ſed ſi quis. de leg. I. ſic
cipiuntur in l. 13. de incend. ruin.
ufr. in l. 1. §. deinde. de Cloac. pro
nni ſpecie ædificii, & pro omni-
s rebus ſoli. in l. 1. §. fin. uti poſ-
. In uſu tamen *urbana* ædificia
es, *ruſtica villæ* nominantur,
l. 211. *Ædes* duobus conſtant,
eâ ſive ſolo, & ſuperficie, l. 13. de
ucap. l. 49. de rei vind. l. 39. de
g. 2. *Area* eſt locus in urbe
e in ædificio, in quo ædificari
teſt. l. ſi in area. de Cond. in deb.
ure eſt locus, ubi frumenta are-
nt, & terantur. l. mela in fin. de
leg. l. ult. C. de Servit. *Super-*

terræ eſt: ut in prædiis urbanis p
rietes, & tecta: in ruſticis, arb
res, herbæ, frutices, l. eum qui. 2
de uſurpat. l. certo. de ſervit. ru
Undè qui fundum excepto ædi
cio legat, non de ſuperficie tant
ſed etiam de ſolo cogitaſſe intel
gitur, ſine quo ędificium ſtare no
poteſt. l. 81. §. qui fundum. de leg.
Aedium eſſe dicuntur, quæ pe
petui uſus cauſa, vel ideò parata
ſint, etiamſi quandoque tolla
tur. Veluti *ſtratura* ex tabulis f
cta, *plumbum* quod pro tegulis p
nitur. d. l. malum 242. §. plumbun
2. & §. ſtraturam 4. *prothyrum* ſi
repagulum arcendis à veſtibulo a
dium vehiculis ...

ſtracta intelliguntur, quæ quaſi
rs earum, vel propter eas ha-
ıntur, & perpetui uſus cauſa ibi
ıt: ut in l.15.circa fin. l.17. & 18.
Act. & ibi Gothofred. Non quæ
natus gratia habentur, ut ſtatuę,
bulæ, lychni, d. l.245. h.t.

Rura cæſa ea dicuntur, quæ ne-
ıe ædium, neque fundi ſunt. l. in
ndendo, §. fin. de contr. empt.
ndè ait l. in rutis, 241. h.t. in rutis
eſſis ea eſſe, quæ neque terra, ne-
ıe opere ſtructili, aut tectorio
ontinentur. Sic ergò appellan-
ır, quę venditor poſſeſſionis con-
dit uſus ſui gratia, ruendoque ex-
axit. Quæ olim excipi in ven-
... ſolebant, ſed hodiè exhi-

venditor. §.ult. de Act. empt.) ceu arena, creta, & ſimilia: *caſa* verò ea quæ cæſa, ut arbores cæſæ, carbones & ſimilia l.5. §. idem Julianus. ad exhib. l. fundi. §. ſi ruta, & l.granaria.de act. empt.

Tugurii appellatione omne ædificium, quod ruſticæ magis cuſtodiæ convenit, quàm urbanis ædibus, ſignificatur. d.l. tugurii. 180. h.t.

Caſa appellatio paulò generalior eſt tugurii, quia caſa etiam urbana eſſe poteſt. Differunt; Quod illud non eſt clauſum ſolidis parietibus, ſed tantum tuetur à pluvia, æſtu, frigore. Hæc parietibus & tegulis clauſa eſſe poteſt &

erumque fiat ex lapidibus, calce,
gypſo, limo, cæmentis, lateribus,
tabibus, &c. rectè murum etiam
privatum complectitur. *Propriè*
enim *murus* dicitur, qui urbem
munit, & mœnia continet. Bart. ad
l. ſacram. de rer. divis. & ad l. hoc
iure. de J. & J.

Maceries eſt paries, & alia materia, quam cæmentis & lapidibus
ritè diſpoſitis factus. l. pen. Com.
prædior. l. æde 7. de contr. empt.

Projectum vocatur, cum tigna
extra columnas, ſive parietes extenſi ſunt, ut nuſquã requieſcant,
ceu ſuggrunda, mœniana podia.
d. § 1. l. 242. h. t. Et *mœniana*

Immiſſum dicitur, quod ita fit, ut aliquo loco quieſcat, ceu tigna, trabes, quæ immittuntur, d. §. 1. l. 242. Unde ſervitutes projiciendi & immittendi, l. 1. & 2. D. eod. l. pen. ſi. menſ. falſ. mod. dix. l. 8. §. 1. ſi ſervit. vind.

Tigni appellatione in lege XII. tabb. omne genus materiæ venit, ex qua ædificia conſtant. l. tigni 62. h. t. l. tigni. ad exhib. l. 1. de tign. junct. §. cum in ſuo. J. de rer. divis. *Propriè tignum* eſt lignum, ſive trabs, quæ tegendi cauſſa ædificiis imponitur. *Fabri tignarii* dicuntur non ii duntaxat, qui tigna dolant; ſed & omnes, qui ædificant.

\peritur, denominatio & ſigni-
tio ſequentium vocum.
Stipendium ac *ſtipe* nomen ſor-
ur, quod per ſtipes, h. e. per mo-
ca æra colligebatur. Vocatur
am *tributum* ab intributione,
l ex eo, quod militibus tribua-
r. §. 1. d. l. 27. Quia antiquitus
pud Romanos, quicquid tribue-
atur *in ſtipendium* cedebat, & par-
a pecunia, ſive *ſtipes*, quæ viritim
olligebatur & conferebatur, erat.
Gædd. hic. num. 13. Poſterioribus
temporibus *ſtipendium* dicebatur,
quod populo : *tributum* quod
principi, præſtabatur. Sed ſicuti
Fiſci & ærarii, ita ſtipendii ac tribu-

A ſtipe etiam *ſtipulatio* deducitur, auctore Feſto, eo quod interrogatus ſpondebat *ſtipem*, id eſt, *æs*. Et Var. 4. de ling. lat. eo quod veteres *æs*, quo gravi utebantur, ſtipulabant. Quod non diſplicet Alciat. 1. Parerg. 39. & Bachov. ad §. 1. J. de V. O.

Æs omne genus nummorum & pecuniæ ſignificat, d. l. 159. quia priusquam aurum & argentum in uſu eſſet, ærea tantum erat pecunia. Cujac. 33. Obſ. 7. Gædd. ad d. l. 159. Unde *æs alienum* dicitur, quod nos aliis debemus: *& æs ſuum*, quod alii nobis debent. d. §. 1. l. 213. Sic in ære noſtro eſſe, pro in bonis noſtris eſſe. Sic *ærarium* ab ære, licet in eo, & aurum & argentum eſſet. *Propriè ærarium* erat populi & Reipublicæ: *Fiſcus* verò

verò Principis. Feſt. lib. 1. Plin. ad Trajan. & alii apud Revard. lib. 4. de Jur. ambiguitatib. cap. 4.

Ad l. alienationis. 28.

Iungatur l. alienatum.

67.

Aperitur *alienationis* verbo quid contineatur

In ſignificatione latiſſima id omne vocatur *alienatio*, quo quid ex unius patrimonio ita in alterius transfertur, ut illud minuatur, hoc augeatur, ſive res ſit, ſive poſſeſſio, ſive jus.

In propria ſignificatione alienatio dicitur, cum transfertur dominium, ſive directum imprimis, ſive utile. *In impropria* & larga ſignificatione dicitur alienatio, cũ non dominium transfertur, ſed ali-

aliquod jus rei, vel ſola poſſeſſio. Corvin. hic.

Prohibita alienatione intelligetur omnis actus prohibitus, per quem dominium transfertur: ut in l. 69. & 76. de leg. 2. & in l. 114. §. 3. de leg. I. not. l. ult. C. de reb. ali. vel non ali. ſtatu liberi. de Statu lib. §. item is qui in fraudem. 6. & ibi Jaſon. Dectet. n. 23. Veluti transigere, l. 1. §. etſi. Si quid in fraud. patr. Dare in emphyteuſin. l. fin. C. de Jur. emphy. Dividere l. 1. Com. utr. jud. Permutare in pr. J. Quib. alien. lic. vel. non.

Ait Lex. 28. h. t. vix eſſe, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi: nempe ſciens, & non contradicens: quia ut eſt Regula Juris: Qui tacet conſentire videtur: not. ibi & Dynus in 6. de R. J.

Item

Item ait hæc Lex noſtra 28. eum quoque dici alienare, qui non utendo amiſit ſervitutes. Cujus rei Ratio eſt, quod & is quoque videtur tacitè conſentire in illam alienationem. l. 4. in fin. de Uſucap. cui favet Lex Scribonia, quæ libertatem præſtat ſublatâ ſervitute, ut eſt ibi tex. & apud Rævard. lib. ad Leg. Scribon.

Alienari prohibitum, uſucapi non poteſt, quando prohibitio uſucapionem annullat. Sed quando non annullat, utique poteſt. l. ubi. 24. & ibi Bar. de Uſucap. & in l. 2. C. de Uſucap. pro emp. l. ea lege. 3. C. de Cond. ob. cauſ. dat.

Ait Lex. 67. *alienatum non propriè* dici, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen rectè dici. Ratio eſt, quod trans-

translatio ſive alienatio dominii fit potiſſimum per traditionem: quâ non factâ, nullum jus dominii translatum, nec res alienata cenſetur. l. traditionibus. C. de pact.

Exemplificatur in vaſallo rem feudalem alienante, qui propter venditionem nudo conſenſu factam, non privatur feudo; quia non dicitur alienata, licet dicatur vendita: alienationis enim appellatione, venit ſolum ille contractus, per quem dominium transfertur. Item exemplificatur in emphyteuta eodem modo. cap. 1. §. calidis & ibi Iſer. & Bald. de prohib. feud. alien. per Fred. in Uſib. l. fin. C. de Jure emphyt. Undè dici ſolet: Vaſallum non incidere in commiſſum per actum verbi, ſed per actum facti.

Ad

Ad §. Oratio. 1. d. l. 28.

Iungatur l. conjunctionem. 29. l ſæpe. 53. l. hæc verba. 124. l. triplici 142.

Aperitur quid *disjunctum ſubdisjunctum, ſeparatum, ſolutum, conjunctum.*

Disjuncta, ſive *disjunctiva*, ſive *alternativa* dicuntur plura connexa per particulam *vel, aut, ve*, ac ſimiles, quæ naturaliter ad deſtinguendum inventæ ſunt. Disjuncta conſtant terminis contradictoriis, aut æquipollentibus, & ita ſe habent, ut non poſſint eſſe ſimul, ſed, ſi unum ſit alterum abeſſe debet, vel è contra. Veluti cum dicimus, aut dies eſt, aut nox; quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: item ſublato altero, poni alterum, d. l. 124.

Natu-

Natura disjunctivæ, ſive alternativæ orationis requirit, ut unâ ejus partem poſſit eſſe veram. In alternativis ſive disjunctivis ſufficit, unum impleri, l. ſi is qui. 13. §. utrum. de reb. dub. l. cum pupillus. 78. de Cond. & Demon. l. cum illud. 25. Quand. dies legat. Gædd. hic, ubi limitationes.

Subdisjunctivum dicitur quod conſtat pluribus connexis per dictionem *ſeu* vel *ſive*, quæ alternativæ impropriæ vocantur. Subdisjunctivorum genera duo ſunt. Unum quando ex propoſitis finibus non poſſunt ambo vel eſſe veri, vel eſſe falſi, vel neutrum eſſe, vel ſimul eſſe. Veluti cum dicimus, aut ſedet, aut ambulat, datur enim medium, decumbit. Alterum quando ex propoſitis finibus,

bus, ita non poſſunt neutrum eſſe, ut poſſit utrumque eſſe. Veluti cum dicimus, omne animal aut facit, aut patitur: nullum enim eſt animal, quod nec faciat, nec patiatur, aut poſſit ſimul & facere & pati. d. l. 124.

Disjuncta pro conjunctis habentur, vel ex vi verborum, vel ex lege, vel ex præſumpta mente. Alciat. ad d. l. 53. I. Modo, cum v. g. legatur uxori mundus, ornamenta, ſive quæ ejus cauſſa parata, & omnia, debentur. Quia dictio *ſeu* eſt disjunctiva ampliationem inducens. l. ſi quis ita. 30. de aur. & arg. leg. II. Modo, cum v. g. jubet Lex XII. tabb. dari tutorem ſuper pecunia tutelave ſua. Quia tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. d. l. 53. l. ult. eod. 110. §.

ubi

ubi. de R. J. III. Modo, cum v. g. diſponens ita ſubſtituit : ſi filius meus inteſtatus, vel ſine liberis deceſſerit. l. generaliter. C. de Inſtitut. Quia mens attenditur, & non verborum anguſtia, ut ibi ſanciendo exponunt Impp. Valer. & Gallican.

Undè Juſtinianus Imp. in l. cum quidam. C. h. t. pronunciat, melius eſſe, ut omni verboſitate exploſa, conjunctio *aut* accipiatur pro *&*, & videatur copulativè prolata, ſi quisquam inſtitutionem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel libertatem, vel tutelam ita ſcripſiſſet: *ille aut ille* mihi heres eſto, &c. Et hoc eſt quod vult d. l. 53. h. t. Sæpe disjunctam *aut*. pro conjuncta accipi. Exempla ſunt in l. is qui. 11. §. interim. 5. Quod vi aut clam.

clam. in l. eum qui. 56. §. qui ſibi. de V.O.

Separata ſunt quæcunq; conjunctione disjunctiva connectuntur, ſive disjunctiva ſint, ſive ſubdisjunctiva. *Separata* etiam illa ſunt, quæ nulla conjunctione junguntur. In quibus ſufficit unum eorũ, quę exprimuntur, habere locum. Veluti in illa formula actionum perſonalium: dico te dare, facere, oportere. d. l. 53. & J. de Act. Sufficit enim probare quod teneatur ad aliquid dandum, aut faciendum: & ſic ſoluta oratio accipitur pro ſeparata.

Soluta oratio dicitur, quæ neq; conjunctionem, neq; disjunctionem habet. Hæc accipitur *interdum pro ſeparata*, interdũ *pro conjuncta*. I. Modo, uti in prædicta

formula actionum perſonalium
Et in Lege XII. tabb. cum datur
actio adverſus eum, cujus ope
conſilio factum: quia ſenſus eſt, o
pe vel conſilio. d.l. 53. §. 1. ubi etiam
in furto exemplum dat. II. Modo
uti cum dicimus: Titius, Cajus, Se
jus, heredes ſunto: vel Titio, Ca
jo, Sejo, do lego, &c. ceu paſſim
ſub tit. de hered. inſt. & tit. de lega
Ex dictis percipiatur intellectus
d.l. 28. in fin. dicentis: quid ora
tio, quæ neque conjunctionem
neque disjunctionem habet, (h.
e. ſoluta) vel conjuncta, vel dis
juncta, (h.e. ſeparata) accipiatur
ex mente pronunciantis: & inſp
ciatur Dyn. ad Reg. In alternativi
D. R. J. in 6.

Conjuncta oratio dicitur, cuju
partes connectuntur per copulam

&,ac,que,atque,quoque,vel per æquivalentem dictionem, quæ naturaliter ad copulandum inventæ ſunt. *Copulæ natura* eſt,vel a gere & ampliare,ut in materia larga, qualis legatorū: vel reſtringere & arctate, ut in materia ſtricta,qualis pœnarum. Everhard. in loc. à nat.copulæ.in pr. Diſtinguendum tamen inter copulam *&* & *cum*: nam illa æque principaliter, hæc verò acceſſivè conjungit: niſi inter ea collocetur, quorum unum naturaliter non accedit alteri: veluti, Lego Titio decem *cū* Sempronio, h. e. *&* Sempronio. Videatur tex.in l.ſi cui.&ibi. Bart. de fund.in ſtruct. & Everhar. ibid. qui examplificat, & limitat.

Conjuncta pro disjunctis habentur, vel ex qualitate rerum, vel ex

 mente

mente proferentis. Barth. ad l. Gallus. de lib. & poſth. & ad l. ſi Titio, 10. de Uſufr, leg. I. Modo, cum quis fundum & uſumfructũ ejus alicui legat: vel vult teſtamentum valere jure teſtamenti & jure codicillorum: vel uxorem facit dominam & fructuariam, d. l. ſi Titio. 10. l. fin. C. de Codicill. II. Modo, cum Lex. XII. tabb. dicit, agnatorum, gentilitiumque hereditas eſto. d. l. 53. h. t. Vel cum ſtipulor mihi, heredique meo, te heredemque tuum, d. l. 29. h. t. Diſtinguendum tamen inter ſtipulationem habentem tractũ, & non habentem tractum. Nam in iſta conjuncta pro disjunctis habebuntur: veluti ſi ſtipuler mihi, heredique meo centum, quia reus promittendi ſolvendo mihi, here-

dive

dive meo liberabitur. In illa verò conjuncta pro disjunctis non habebuntur: veluti ſi ſtipuler mihi heredique meo, ire, agere licere, quia promiſſor permittendo me ire, agere, non liberatur, ſed debet etiam permittere, ut heres meus eat, agat. l. ſi ſic ſtipulatus. 93. l. ſi ſic ſtipulatur, 133. de V. O. & l. ſi quis. 13. & ibi Interpp. de rebus. dub.

Ex præmiſſis facilius capientur propoſita de triplici conjunctione in l. triplici. 142. h. t. quæ materiã juris accreſcendi tangit. *Ius accreſcendi* eſt jus, quo portio deficiens, vel repudiata, adquiritur illi, qui partem agnovit. l. un. §. his ita definitis. & ibi D D. C. de Caduc. toll. Quod jus locum habet in ultimis voluntatibus, non autem

in contractibus, uti per DD. in l. ſi mihi & Titio. de V. O. & in l. re conjuncti. de leg. 3. *Eſt triplex* conjunctio, ex qua jus accreſcendi, fit enim vel verbis tantum, vel re tantum, vel re & verbis.

Verbis tantum, ut ſi dicamus: *Titio & Cajo ex æquis partibus fundum Sejanum do lego.* Iſti dicuntur verbis tantum conjuncti, quia cuilibet eorum ſua portio & intellectu & corpore aſſignata eſt. Et ſi unus eorum ſuam partem nolit, illa alteri accreſcet. l. un. §. his ita. C. de caduc. tol. *Re tantum* ut ſi dicamꝰ, *Titio fundũ Cornelianum do lego, Sejo fundum Cornelianum do lego.* Iſti dicuntur re tantũ conjuncti, quia cuilibet eorum res eadem ſeparatim legatur. Et inter hos jus accreſcendi locum non habet, d. l. re conjuncti. *Re*

Re & verbis conjuncti dicuntur illi, quibus idem, partibus nullis expreſſis, in eadem oratione, conjunctim relinquitur: ut ſi dicamus, Titius & Mævius & Cajus heredes ſunto. Et inter hos jus accreſcendi locum habet. Et de iſta conjunctione tantum proferuntur exempla in cit. l. 142. quæ ibi legantur. Quod etiam ſi articuli *&*, *que*, *cum*, detrahantur, tamen interdum conjunctos accipi oportere. Si plures diverſimodè conjuncti nitantur jure accreſcendi, præferendi ſunt illi, qui re & verbis conjuncti ſunt. Si verò plures ſimpliciter, h. e. re aut verbis conjuncti concurrant, præferendi ſunt, verbis conjuncti, d. l. re conjuncti. & ibi Interpp.

Ad l, Sylva, 30.

Iungatur l. pratum, 31. l. qui venenum, 236. §. glandis 1. l. qui fundum. 205.

Aperitur ſignificatio ſequentium dictionum.

Sylva eſt nomen generale, continens ſub ſe lucum, nemus, & ſaltum. de quibus Vall. 4. eleganc. *Sylva cædua* appellatur, quæ ad hoc habetur, ut cædatur: vel quæ ſucciſa renaſcitur, d. l. 30. in pr. *Sylva paſcua* appellatur, quæ paſcui pecudũ deſtinata eſt. d. l. 30. in fin.

Novalis eſt terra anno ſuperiore *pratiſa* aratro & culta, quæ alternis annis ceſſare ſolet. d. l. §. 2. Terra autem quæ nondum fuit aratro verſa, & in quam pecus non eſt miſſum, paſcendi gratia, vocatur *integra terra*, d. l. §. 3.

Pra-

Pratum eſt in quo ad fructum, h.e. fænum, percipiendum falce dumtaxat opus, eſt. d.l.31. Tale æſtimatur, quod non tantum hoc anno, ſed & intra decem annos proximos quis ſecuit. l. formæ, de Cenſib.

Glandis nomine non tantum ex quercu ilice, phagove intelligitur, ſed ex omnibus arboribus fructum, d. §. glandis. l. 236. cum l. 1. de gland. leg. exemplo Græcorũ, apud quos omnes arborum fructus ἀκρόδρυα appellantur. V. Forcatul. in penu Jur. Civil. c. 15. *Glandem caducam*, (h. e. fructus ex arbore ſuâ ſponte lapſos) quæ ex noſtro in vicinum agrum cecidit, tertio quoque die legere & auferre licet. d. l. 1. de gland. leg. & §. 4. d. l. 30.

ubi. de R. J. III. Modo, cum v.g. diſponens ita ſubſtituit : ſi filius meus inteſtatus, vel ſine liberis deceſſerit. l. generaliter. C. de Inſtitut. Quia mens attenditur, & non verborum anguſtia, ut ibi ſanciendo exponunt Impp. Valer. & Gallican.

Undè Juſtinianus Imp. in l. cum quidam. C. h. t. pronunciat, melius eſſe, ut omni verboſitate exploſa, conjunctio *aut* accipiatur pro *&*, & videatur copulativè prolata, ſi quisquam inſtitutionem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel libertatem, vel tutelam ita ſcripſiſſet: *ille aut ille* mihi heres eſto, &c. Et hoc eſt quod vult d. l. 53. h. t. Sæpe disjunctam *aut*. pro conjuncta accipi. Exempla ſunt in l. is qui. 11. §. interim. 5. Quod vi aut clam.

clam. in l, eum qui. 56. §. qui ſibi. de V.O.

Separata ſunt quæcunq; conjunctione disjunctiva connectuntur, ſive disjunctiva ſint, ſive ſubdisjunctiva. *Separata* etiam illa ſunt, quæ nulla conjunctione junguntur. In quibus ſufficit unum eorũ, quę exprimuntur, habere locum. Veluti in illa formula actionum perſonalium: dico te dare, facere, oportere. d.l. 53. & J. de Act. Sufficit enim probare quod teneatur ad aliquid dandum, aut faciendum: & ſic ſoluta oratio accipitur pro ſeparata.

Soluta oratio dicitur, quæ neq; conjunctionem, neq; disjunctionem habet. Hæc accipitur *interdum pro ſeparata*, interdũ *pro conjuncta*. I. Modo, uti in prædicta

formula actionum perſonalium. Et in Lege XII. tabb. cum datur actio adverſus eum, cujus ope, conſilio factum: quia ſenſus eſt, ope vel conſilio, d.l.53.§.1. ubi etiam in furto exemplum dat. II. Modo, uti cum dicimus: Titius, Cajus, Sejus, heredes ſunto: vel Titio, Cajo, Sejo, do lego, &c. ceu paſſim ſub tit. de hered. inſt. & tit. de legat. Ex dictis percipiatur intellectus d.l. 28. in fin. dicentis: quid oratio, quæ neque conjunctionem, neque disjunctionem habet, (h. e. ſoluta) vel conjuncta, vel disjuncta, (h.e. ſeparata) accipiatur, ex mente pronunciantis: & inſpiciatur Dyn. ad Reg. In alternativis. D.R.J. in 6.

Conjuncta oratio dicitur, cujus partes connectuntur per copulam

&,

&,ac,que,atque,quoque,vel per æquivalentem dictionem, quæ naturaliter ad copulandum inventæ ſunt. *Copulæ natura* eſt, vel a gere & ampliare, ut in materia larga, qualis legatorũ: vel reſtringere & arctate, ut in materia ſtricta, qualis pœnarum. Everhard. in loc. à nat. copulæ, in pr. Diſtinguendum tamen inter copulam *&* & *cum*: nam illa æque principaliter, hæc verò acceſſivè conjungit: niſi inter ea collocetur, quorum unum naturaliter non accedit alteri: veluti, Lego Titio decem *cũ* Sempronio, h. e. *&* Sempronio. Videatur tex. in l. ſi cui, & ibi. Bart. de fund. in ſtruct. & Everhar. ibid. qui examplificat, & limitat.

Conjuncta pro disjunctis habentur, vel ex qualitate rerum, vel ex

 mente

mente proferentis. Barth. ad l. Gallus. de lib. & poſth. & ad l. ſi Titio. 10. de Uſufr. leg. I. Modo, cum quis fundum & uſumfructũ ejus alicui legat: vel vult teſtamentum valere jure teſtamenti & jure codicillorum: vel uxorem facit dominam & fructuariam, d. l. ſi Titio. 10. l. fin. C. de Codicill. II. Modo, cum Lex. XII. tabb. dicit, agnatorum, gentilitiumque hereditas eſto. d. l. 53. h. t. Vel cum ſtipulor mihi, heredique meo, te heredemque tuum, d. l. 29. h. t. Diſtinguendum tamen inter ſtipulationem habentem tractũ, & non habentem tractum. Nam in iſta conjuncta pro disjunctis habebuntur: veluti ſi ſtipuler mihi, heredique meo centum, quia reus promittendi ſolvendo mihi, here-

dive meo liberabitur. In illa verò conjuncta pro disjunctis non habebuntur: veluti ſi ſtipuler mihi heredique meo, ire, agere licere, quia promiſſor permittendo me ire, agere, non liberatur, ſed debet etiam permittere, ut heres meus eat, agat. l. ſi ſic ſtipulatus, 93. l. ſi ſic ſtipulatur, 133. de V. O. & l. ſi quis. 13. & ibi Interpp. de rebus. dub.

Ex præmiſſis facilius capientur propoſita de triplici conjunctione in l. triplici, 142. h. t. quæ materiã juris accreſcendi tangit. *Ius accreſcendi* eſt jus, quo portio deficiens, vel repudiata, adquiritur illi, qui partem agnovit. l. un. §. his ita definitis. & ibi D D. C. de Caduc. toll. Quod jus locum habet in ultimis voluntatibus, non autem

in contractibus, uti per DD. in l. ſi mihi & Titio. de V. O. & in l. re conjuncti. de leg. 3. *Eſt triplex* conjunctio, ex qua jus accreſcendi, ſit enim vel verbis tantum, vel re tantum, vel re & verbis.

Verbis tantum, ut ſi dicamus: *Titio & Cajo ex æquis partibus fundum Sejanum do lego.* Iſti dicuntur verbis tantum conjuncti, quia cuilibet eorum ſua portio & intellectu & corpore aſſignata eſt. Et ſi unus eorum ſuam partem nolit, illa alteri accreſcet. l. un. §. his ita. C. de caduc. tol. *Re tantum* ut ſi dicam9, *Titio fundũ Cornelianum do lego, Sejo fundum Cornelianum do lego.* Iſti dicuntur re tantũ conjuncti, quia cuilibet eorum res eadem ſeparatim legatur. Et inter hos jus accreſcendi locum non habet. d. l. re conjuncti.

Re

Re & verbis conjuncti dicuntur illi, quibus idem, partibus nullis expreſſis, in eadem oratione conjunctim relinquitur: ut ſi dicamus, Titius & Mævius & Cajus heredes ſunto. Et inter hos jus accreſcendi locum habet. Et de iſta conjunctione tantum proferuntur exempla in cit. l. 142. quæ ibi legantur. Quod etiam ſi articuli *&*, *que*, *cum*, detrahantur, tamen interdum conjunctos accipi oportere. Si plures diverſimodè conjuncti nitantur jure accreſcendi, præferendi ſunt illi, qui re & verbis conjuncti ſunt. Si verò plures ſimpliciter, h. e. re aut verbis conjuncti concurrant, præferendi ſunt, verbis conjuncti, d. l. re conjuncti. & ibi Interpp.

Ad l, Sylva, 30.

Iungatur l. pratum. 31. l. qui venenum. 236. §. glandis 1. l. qui fundum. 205.

Aperitur ſignificatio ſequentium dictionum.

Sylva eſt nomen generale, continens ſub ſe lucum, nemus, & ſaltum. de quibus Vall. 4. elegant. *Sylva cædua* appellatur, quæ ad hoc habetur, ut cædatur: vel quæ ſuccisa renaſcitur, d. l. 30. in pr. *Sylva paſcua* appellatur, quæ paſcui pecudũ deſtinata eſt. d. l. 30. in fin.

Novalis eſt terra anno ſuperiore *pratiſa* aratro & culta, quæ alternis annis ceſſare ſolet. d. l. §. 2. Terra autem quæ nondum fuit aratro verſa, & in quam pecus non eſt miſſum, paſcendi gratia, vocatur *integra terra*, d. l. §. 3.

Pra-

Pratum eſt in quo ad fructum, h.e. fænum, percipiendum falce dumtaxat opus, eſt. d.l.31. Tale æſtimatur, quod non tantum hoc anno, ſed & intra decem annos proximos quis ſecuit. l. formæ, de Cenſib.

Glandis nomine non tantum ex quercu ilice, phagove intelligitur, ſed ex omnibus arboribus fructum, d. §. glandis. l. 236. cum. l.1. de gland. leg. exemplo Græcorũ, apud quos omnes arborum fructus ἀκρόδρυα appellantur. V. Forcatul. in penu Jur. Civil. c.15. *Glandem caducam*, (h. e. fructus ex arbore ſuâ ſponte lapſos) quæ ex noſtro in vicinum agrum cecidit, tertio quoque die legere & auferre licet. d. l.1. de gland. leg. & §. 4. d. l. 30.

Pomorum verbum generale eſt omnium fructuum, qui ex arbore eſui apti proveniunt, ſive molles, ſive duri ſint. Quare & nuces, & ficus, & uvæ duracinæ, & purpureæ, quæ ejus generis ſunt, quas non vini cauſa habemus, quas Græci τρωξίμος, id eſt, commeſtibiles appellant, continentur, d.l. 205.

Vendito igitur fundo eâ lege, ut poma fundo liceret excerpere; uvæ prædictæ à venditore *receptæ* h.e. exceptę, & ſibi reſervatæ intelliguntur: non illæ, quæ vini cauſſa habentur: quia pomorum nomine non veniunt. d. l. 205.

Verbum autem *recipere* præter vulgatas ſignificationes, in tradendo vel promittendo excipere & ſibi reſervare ſignificat, ceu legenti

pa-

patebit ex l.11. Com. prædior. l.31. ſol. matr. l.53. de Act. empt. l.42. de Mort. cauſ. don. l.29. §. ſi fundum, de leg.3. l.43. §. ſtipulatus. de Uſufruct. l. 40. §. fundi, de Contr. empt. Briſſon.

Ad l. palam, 33.

Iungatur l. coram. 209. l. apud Labeonem. 264. l. in uſu. 158. l. inter. 217. §. 1. l. latæ 223. §. 1.

Aperitur quid *palam, plures, multi, coram, pluralis & ſingularis locutio Amicus.*

Plures non ſunt pauciores, quàm duo: *multi* non ſunt pauciores, quam tres. l. ubi numerus. de teſtibus l. 1. §. hoc reſcriptum. ad Senat. Tertull. Bart. ad l. Prætor. Vi. bon. rapt.

Pluralis locutio licet *duorum* numero contenta ſit. d. l. ubi numerus. 12. l. libertas. 17. de manū. teſtam. Et ita data conditione: *Illud facito in diebus*, ſi nihil præterea ſit adjectū, in biduo conditionem implere oporteat. d. §. 1. l. 217. Niſi ex ipſa re, vel loco, major dilatio intelligeretur. §. fin. J. de Inutil. ſtipul. & §. loca. J. de V. O.

Tamen ubi plures ad hoc requiruntur, ut quid *palam* factum ſeu dictum videatur, tres ad minus eſſe debent. l. 1. §. potuiſſe. cum glo. ad Syllan. Unde d. l. 33. h. t. inquit: palam & coram pluribus. Sic *Palam in contractibus* ſumitur, in præſentia Judicis, agnatorum, vel etiam *amicorum*. Bart. circa. l. frater à fratre. de Cond. ind.

Sic

Sic *in Teſtamentis* intelligitur in præſentia ſeptem teſtium, qui exaudire poſſint. l. heredes palam. §. fin. de teſt. l. 21. Qui teſtam. fac. l. ult. de Jur. Codicill.

Amici autem illi dicuntur, qui non levi notitia conjuncti ſunt, ſed cum quibus jura familiaritatis honeſtis rationibus quæſita & ſtabilita ſunt. d. §. 1. l. 223. l. 8. cum l. penul. de Caſtr. pecul. Tiraquel. de pœn. tem. cauſ. 22. Et tales ſunt, *coram* quibus & cognatis ſolet Prætor pupillo alimenta decernere, & ſtatuere ubi alendus ſit. Tales quoque eſſe debent, qui pupillo tutorem petere vel ſupectum facere volunt. l. 2. Qui pet. tut. l. is qui. de negot. geſt. Cujac. 7. Obſerv. 8.

Coram

Coram aliquo juſſus facere aliquid, non videtur coram feciſſe, niſi iſte intelligat, quid fiat. Quare factum coram furioſo, aut pupillo, aut dormiente, coram nullo factum videtur, d. l. 209. & 246. h. t. juncta. l. de pupillo. §. nunciationē. de nov. oper. nunt. & l. ubi non voce, 124. § furioſus. de R. J. Qui enim corpore adeſt, & mente alienus eſt, idem eſt, ac ſi abſens eſſet. l. nihil intereſt. 26. de capt. & poſtlim. rever. l. 27. §. 5. cum l. Fulcinius. 7. §. adeò autem & §. plane. Ex quib. cauſ. in poſſ.

Scire, non etiam velle is *debet, corā quo aliquid fit*: nam & eo invito, rectè fit, quod juſſum eſt. d. l. 209. Nec obſtat tex. l. qui poteſt, 26. de R. J. dum ait: Qui poteſt invitis, multò magis & ignorantibus.

bus poteſt. Quia ut advertit ibi Decius, neque in arbitriis, neque in judiciis procedit, quæ etiam in invitos redduntur. l. 1. C. de recept. arbitr. l. inter ſtipulationem. 83. de V. O. Neque procedit, ubi Lex aut teſtator coram aliquo facere juſſit: nam vis verborum tum aliud ſuadet. Alciat.

Plurali pro ſingulari utimur. Sic cum dicimus, non eſſe ſine liberis cui vel unus filius, vel una filia eſt. l. 148. h. t. Exempla ſunt in l. falſa. de Cond. & Demon. in l. ſi plures. de Pact.

Singulari in uſu juris utimur, cum plura ejusdem generis ſignificare volumus. Sic dicimus, multum hominem veniſſe Romam, & piſcem vilem eſſe. d. l. 158. Exempla ſunt in l. ſi pluribus, 44. de

de leg. 2. in l. 4. §. Cato. de V·O. in §. ſi plures. 5. J. de legit. agnator. ſucceſſ.

Ad l. actionis, 34.

Iungatur l. verbum, 8. §. actionis 5. l. creditoes, 10. verſ. actione. l. pecuniæ. 178. §. actionis, 2.

Aperitur quid *actionis, perſecutionis, exceptionis*, [illegible]mine intelligatur.

Actionis nomen latiſſime patet, & omnem viventis operationem continet. Sed in jure ad omnes contrahitur actiones, quæ ad jus pertinent. *In uſu* forenſi tripliciter ſumitur. I. *Generalius*: ut omnem ſub ſe perſecutionem, qua quid ſive in jure, ſive in judicio poſtulatur, petiturve, continet. d. l. 10. verſ. actione. d. l. 34. & 178. §. 2.

§. 2. II. *Specialius*, ut ſpecies perſecutionis, ceu in d. l. 10. & definitur; jus perſequendi, non in jure, ſed in judicio, id quod ſibi debetur. §. 1. J. de act.

Cui opponitur *Exceptio*, quę eſt actionis excluſio, l. 2. de Except. Unde hoc ſenſu ait, d. §. 1. l. 8. actionis verbo, non contineri exceptionem. Dividitur tum actio in realem & perſonalem; illa petitio, hæc actio in ſtrictiſſima ſignificatione dicitur, l. 25. 28. 37. de A. & O. §. ſic itaque J. de Act. Gædd. ad d. l. 34. Unde ait § 2. d. l. 178. omnis actio dicitur, ſive in perſonam, ſive in rem, ſit petitio. III. *Strictiſſimè*, ut actionem in perſonam, ſive perſonalem perſecutionem. Jaſon. ad l. 3. C. de edend.

Actio vero in rem ſeu realis ſpeciatim nuncupatur *petitio*. Unde ait d.§. petitionis verbo in rem actiones ſignificari. Denominatur, quaſi per certum perſecutio. Nam ab adverſario, mihi nullo jure obligato, non directò, ſed per judicem peto & contendo: & ea ratione ſegregatur ab actione. l. 10. ad Maced. l. 10 de Acceptill.

Perſecutiones ſegregantur ab actione reali & perſonali eâ ratione, quia ſunt omnes extraordinariæ petitiones. l. actio, 18. de A. & O. Gædd. ad §. 2. d. l. 178. Denominantur ab eo, quod mero jus dicentis officio expediantur, prætermiſſo legitimo agendi ordine, ac formularum ritu in actionibus obſervando. l. 24. Rem. rat. hab. l. 18. de Acceptill. Unde ait d. §. 2. l. 178.

l. 178. perſecutionis verbo extraordinarias perſecutiones contineri, quæ non habent juris ordinarii executionem; ut puta fideicomiſſum, de quibus extra ordinem prętores jus dicebāt. Et hæc eſt propria verbi ſignificatio. Gædd. ad d. l. 34.

Ad l. litis. 36.

Aperitur *litis* nomen omnem actionem ſignificare, ſive in rem, ſive in perſonam. h. l. 36. in Sćto. 15. §. ſi propter. ad SCtum. Turpill. l. un. C. de lit. conteſt. l. properandum. C. de Judic. Idem enim eſt lis quod actio, & quod actione continetur Goth. in not. ad h. l. 36.

Lis propriè ſignificat judicium, quod judice, actore reo conſtat, & comprehendit omnem tractū, qui à litis conteſtatione (nec enim propriè lis eſt, antequam conteſtetur,

tur, ſed *controverſia*. l. ſed etſi in lege. 25. §. ſi ante. 7. de hered. petit. Cujac. 9. Obſer. 21.) incipiens, usq; ad ſententiam definitivam durat & exercetur. d. l. properandum. l. rem non novam. C. de Judic. l. 2. C. ut int. cert. temp. crim. quæ. ter.

Cauſa generalius vocabulum eſt, quam lis: & tam ad civilia, quam ad criminalia pertinens; tam ante conteſtationem litis, quam poſt. Comprehendit enim principium negotii cum proponitur, & cum quis deliberat, & proponit ut litiget. Cum verò diſcutitur *Iudicium* eſt, quod accipitur, non ſolum cum ipſum factum diſcutitur, ſed etiam cum tractantur ea, quæ præparatoria dicimus ipſius diſcuſſionis. At cum judicatum fuerit, dicitur *facta juſtitia*,

ſtitia, quia tum jus unicuique eſt redditum. Alciat. hic. & lib. 2. Diſpunct. cap. 24.

Ad l. oſtenſum. 38.

Iungatur l. Quæret. 135. l. anniculus 132 §. falsũ 1. l. ter enixa. 137. l. quod dicimus. 231. l. etiam ea. 141. l. intelligendus. 153. l. qui mortui. 129.

Aperitur quid & quotuplex *oſtentum*, *partus monſtroſus* quando proſit, quis *natus* dicatur.

Oſtentum definitur, omne contra naturam cujusque rei genitum factumque. d. l. 38. Cujus duo ſunt genera. Unum, cum naturalis forma non mutatur, ſed ſolummodo interpellatur, aut ampliando, aut detrahendo, aut invertendo & confundendo: veluti ſi quis naſcatur duobus capitibus, uno tantum pede, caput in pectore habens, vel utrumque ſexum, qui *an-*

drogynus ſeu hermophroditus v
catur. Alterum, cum natural
forma in aliam ſpeciem degen
rat, veluti in oſtentis in ſpecie d
ctis (à Græcis φάσματα, & quod v
denti apparent, dicendove indic
tur) prodigiis, portentis, monſtri
Hæc quoniam humana caren
forma, pro hominibus in jure no
habentur : ſecus verò illi, quibu
etſi natura prodiga vel avara fuit
tamen homines ſunt. d. l. 135. l. no
ſunt liberi, 14. de Statu. hom l. 1
de Liber. & Poſth. Et *hermaphr*
ditus ejus ſexus exiſtimatur, in qu
prævalet. dd. ll. & l. 15. de teſtib. l. 6
& ibi. Cujac. de lib. & poſth. Pet
Greg. 7. Syntag. 2.

Cum quæritur, utrum *monſtro*
ſus partus proſit parentib. 9. d. l. 135
Diſtinguendum eſt inter Legem

Pa

Papiam, & SCtum Tertyllianum. Cum verſamur in lege Papia, quæ odioſa eſt, quia uti prolibus gignendis operam & curam adhiberi volebat, ita quoque pœnam in orbos ſtatuebat: qui tamen generationi operã dediſſent, ſed monſtrum aut hominem imperfectum ſuſcepiſſent, pœnam ſtatutam non incurrebant, & ex teſtamento extraneorum totum capere poterant. Quare reſolvit Ulpianus, in d.l.135. non eſſe, quod eis imputetur, cum qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperaverunt: neque id quod fataliter acceſſit, matri damnum injungere debere. Non enim voluit Lex caſum fortuitum obeſſe parentibus, qui in culpa non eſſent. De hac Lege Papia Ulp. in Fragm. t.15. & 16. Cujac.3. Obſ. 12.

Cum verſamur in SCto Tertylliano, quod favorem reſpicit, *monſtroſus partus non prodeſt*, quia ſtatuebatur, quod mater liberis ſucceſſura, deberet habere tres liberos, eosque vivos. Quare reſolvit Paulus. 4. ſent. 9. & in l. non ſunt. 14. De ſtatu hom. non cenſeri liberos, qui contra formam humanam naſcuntur. Et in l. 129. h. t. ait idem Paulus, quod qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur; quia nunquam liberi appellari potuerunt. Nec tantum eſt favendum certanti de lucro captando, quam laboranti de damno evitando. l. ult. §. 5. C. de Jure deliber. tit. ad SCtum. Tertyll.

Beneficium Tertylliani fuit tale, quod ſi quæ mulier ingenua, tres liber-

libertinæ vero vel Latinæ conditionis, quatuor liberos enixa fuiſſet, filio defuncto ſuccederet. §.1. J. ad SCtum Tertyll. Quare in l.137. h.t. reſolvitur à Paulo, quod mulier, quæ ter geminos peperit, *ter enexia* videatur: ac ideò gaudere debere beneficio Tertylliani. Illa autem quæ prægnans, etiamſi ſpē prolis indubiam habeat, tamen dictum beneficium non habet, niſi prole in lucem editâ. Quia ſecundum. d.l.231. cum dicimus, *eum qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe*: tunc verum eſt, cum de ipſius jure & commodo quæritur. Sic in d.l.153. dicitur, *mortis tempore fuiſſe, qui in utero relictus eſt.* Sic etiam natus dicitur, qui mortuæ matri *exſectus eſt*. d.§.1 l.132. & editus, qui eo modo in lucem prodiit.

d.l.141.quamvis revera ac propriè loquendo, nec mater pepererit, nec ipſi nati ſint. Tamen quoniam de favore & jure agitur eorum, ipſis ea omnia competunt, quæ cæteris filiis indulgentur. Hinc mortis paternæ tempore fuiſſe intelliguntur: teſtamentum ejus rumpunt, ſi in poteſtate naſcantur: ad querelam inofficioſi admittuntur.l.quod dicitur.de lib.& poſth. cum l.12.eod.l.poſthumus.6.de In-off.teſtam.l.fin.C.de ſuis & legit.l.is cui ita.18.Quand. dies legat.l.qui in utero.7.& 26. de Statu hom.

Ad l. ſubſignatum, 39.

Iungatur l. ſignatorius.

74.

Aperitur ſignificatio ſequentium dictionum, *Subſignatum dicitur*,

tur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. Nam veteres ſubſignationis verbo pro adſcriptione uti ſolebant. h. l. 39. Unde *ſubſignare* vel *ſubſcribere* capitur pro ſe obligare. l. ſemper. 5. §. conductus. de Jur. immunit. Et non minus ſe obligat, qui ſe ſubſcribit, quam qui totum chirographũ ſcribit. Bart. ad l. emptor. §. Lucius. de pact. Item proteſtari, ſe rei geſtæ interfuiſſe. l. ad teſtium. 22. §. ſi quis. Qui teſtam. fac. Rævard. 3. de Jur. ambig. 1. num. 4. & 6.

Signare eſt annulum vel ſigillum apprimere, ceu in teſtamentis; l. 21. de teſtib. l. 3. §. hoc interdictum. de tab. exhib. l. videamus. §. qui vinum. Locat. Unde *annuli ſignatorii*, qui principaliter ad epiſtolarum, teſtamentorum, & cu-

ſtodiæ uſum erant : qui vel ideò ornamenti appellatione non contineri affirmat, d.l.74. h.t. & concordat. l. argumento. 25. §. ornamenta, de Aur. & Arg. leg. l. ad teſtium. §. ſi ab ipſo. & §. ſignum. de teſta. cum l. ſi unus. C. eod. Alii enim erant annuli ad alios uſus, ceu ad ornatũ, ad dignitatem, &c. Viglius circa. §. poſſunt autem J. de teſtam. ordin. Lipſius lib. 2. Elector. cap. 8.

Ad l. deteſtatio. 40.

Iungatur. l.39. §. deteſtari. 2. l. plebs. 238. §. deteſtatum. 1.

Aperitur *deteſtationem* ſeu anteſtationem eſſe *denunciationem*, cum Teſtatione, h. e. teſtibus adhibitis. h.l.40. & §.1. d.l.238. l.5. in fin. de admin. tut. l.1. §. ſed & ſi quis.

Quod

Quod vi aut clam. Quæ ſi fiat abſenti propriè *atteſtatio* dicitur, ut in §. 2. d. l. 39. Quia fit per ſcripturam, in qua neceſſariò teſtes non niſi rogati ſunt. Auth. rogati. De teſtib. Quod in præſente opus non eſt, qui viva voce admonitus corā fortuitis teſtibus, auricula in jus rapitur. Alciat. ad l. 39. hic. n. 6. Cujac. 7. Obſ. 16. Lipſ. epiſt. quæſt. 4. epiſt. 26. Utraq; dicitur etiā *proteſtatio*, quæ ſecundum Alciat. nihil eſt aliud, quàm animi noſtri declaratio, juris adquirendi vel conſervandi, vel damnum depellendi cauſa, facta.

Deteſtari aliter eſt, facta alicujus abrenunciare, abominari, &c. habet & alias ſignificationes, à Gæddeo cumulatas, circa. d. §. 2. l. 39.

Ad l,armorum, 41.

Iungatur l. ſi calvitur, 233.
§. telum. 2.

Aperitur *Armorum* appellati-
ne quæ ſignificentur. *Arma la*
gè loquendo, non tantum illa
appellantur quæ offenſionis
verum & illa, quæ defenſionis
cauſa, habentur : ſive ſint gl
dii, haſtæ, & hujusmodi ; ſive fu
ſtes, lapides, & hujusmodi : ut
in h.l, 41, l. 3. §. armis. de vi & v
arm, ſive ſcuta, galeæ, loricæ, hu
meralia, ut hic, & in l. qui com
meatus. §. arma. de re milit. Und
in §. 2. d. l. 233. dicitur *telum* id c
mne, quod jaci poteſt, ceu miſſ
lia, ferrum, lignum, plumbum, la
pis, ſagittæ, fundæ, & hujusmod

Fac

Facit l. ſi pignore. 54. §. furem. 2. de Furtis. & l. 1. §. occiſorũ. 17. de SCto Sillan. Et in lege Cornelia de Siccariis in l. 1. & 3. D. & 7. C. dicitur, teneri qui cum *telo* ambulavit, vel familiam armavit lædendi cauſa, etſi neminem læſerit. Ergò prohibitis armis, intelligentur etiam ſicæ, pugiones, fuſtes, lapides, & alia, quibus poteſt vis major inferri, prohibita.

Strictè tamen & propriè loquendo *armorum* appellatione non veniunt, quæ principaliter ad alium, quam belli uſum deputata ſunt. num. 85. de armis. & ibi Cujacius, cap. 4. verſ prohibemus. Bart. circa l. 1. ad leg. Jul. de Vi.

Impropriè arma vocantur ſcripta, inſtrumenta, documenta quæcunque, quibus nos defendimus, ceu

in l.ult.C.de edend.l.qui accuſare. Eod. Unde illud vulgare: Arma non eſſe ſumenda è domo adverſarii.l.nimis grave C.de teſtib.Nec quemquam teneri contra ſemetipſum arma parare. l.1.C.de eden.

Ad l. probrum. 42.

Aperitur *probrum* & *opprobrium* idem eſſe, & pro eodem ſumi.

Probrum quaſi non probum,ſeu prohibitum dicitur: & magis frequenter pro ignominia & conviтiis capitur : ſed magis propriè, pro ſtupris & flagitiis.Feſt.&Gędd.

Opprobrium nihil aliud eſt, quã objectum probrum. Alciat. Sed hæc verba interdum pro delicto, ſive crimine ipſo ſumuntur: interdum non, ſed pro turpitudine, & facti cujusque infamia. *Probra* quædam *natura turpia* ſunt, ceu fur-

furtum, adulterium: quædam *civiliter*, & quaſi more civitatis turpia ſunt, ceu damnari tutelæ. h. l. 42. l. probrum. 41. de ritu nupt. l. 1. de leg. tut.

Ad l. verbo victus, 43.

Iungatur l. & cætera. 44. l. inſtratum 45. l. veſtis. 127. l. in lege, 203. verſ. victus *ſui l. quos nos. 234. §. verbum* vivere. 2.

Aperitur quæ contineantur verbo *victus*, *veſtis*, *alimenti*, *&c.*

Verbum *vivere* ſive *victus* continet quicquid ad tuendum atque conſervandum hominis vitam neceſſarium eſt: ut cibus, potus, hisq; neceſſaria, d. l. 43. & §. 2. d. l. 234. veſtimenta, ſtramenta, tegumenta, habitatio. d. §. 2. & l. 43. & 45. miniſteria famulorum, & quæ cultui corporis neceſſaria. d. verſ. victus.

ctus.l.203.&43.h.t. cum l.60.§.1. de leg.3.quæque tuendi curandive corporis noſtri gratia utimur, cujusmodi ſunt pharmaca tàm evacuantia, quàm confortantia, d. l. 44. facit.l.in reb.9.§.poſſunt. Cōmod. l.ſicut.de Uſufr. l. ſi cum dotem.§. ſi autem. ſolut. matrim. *Victus* ergò appellatione continetur etiam amictus & cætera, ſictus ſpecies à ſuo genere. Unde *victu legato* illa omnia debebuntur, habita ratione dignitatis & conditionis perſonæ, & facultatum hereditatis, arg.l.6.§.5. de Carbon.edict. P.Stichus.12.de leg.3. Sic & *alimentis legatis*, quoniam victus & alimenti ſignificatio per omnia ſunt exæquata, teſte Paul. in l.ult. de alim. & cib. leg. Gædd. ad d.l. 44. Menoch. latè lib.4. præſ.157.

Dia-

Diariis & cibariis legatis ea tantū debebuntur, quæ ad victum quotidianum,& ad cibum atq; potum pertinent, non etiam quæ ad veſtitum,& habitationem. l. Diariis, 21. de ali.& cib. leg. cum l. Legatis, 6. eod. quoniam de cibo tantum teſtator ſenſit.

● *Veſtis* abſoluta appellatione comprehenditur, lanea, linea, ſerica, bombycina, pellicea, quæ induendi, amiciendi, præcingendi, inſternendi, injiciendi, incubandive cauſa habentur. l. veſtis, 23. §. 1. & fin. cum l. proxima. de Aur. & Arg. leg. tàm virilis, quàm muliebris, & ſcenica etiamſi tragica, aut citharedica, d. l. 127. h. t. l. 15. §. etſi veſtimentorum. cum l. proxima. de Uſufr. Differt veſtis à veſtimento, ut genus à ſpecie: quia

veſtis generaliter dicitur, ſed *veſtimentum* pars aliqua, ut pallium, tunica, &c. Idque *veſtimentum* definitur quod pertextum eſt, ut liber qui perſcriptus eſt. Cujac. in paratit. lib. 34. t. 2.

Veſtis tamen an veſtimenta legentur, nihil refert, teſte Ulp. in d. l. 23. & Pomponio in l. inter, 33. eod.

Inſtratum ſignificat omnem veſtem, quæ vel ornatus, vel commodi gratia inſternitur, d. l. 45. hic. l. 26. D. eod. *Stragula veſtis*, ergò eſt omne *pallium* ſive omnis ſuperior veſtis, quæ ad obtegendum interiorem geritur, d. l. 45. Bayphius ad præcit. l. 23. Item περίστρωμα, peripetaſma, aulæa, tapetia, amphitapetia, inſtratorum & ſtragulorum nomen ſubeunt. Gothofred. ad d. l. 45. in not. Cujac. 10. Obſ. 18.

Stra-

Stramenta de quibus in §.2. d.l. 234. h.t. eſt omne ſtramineum, quod ſolo, quieſcendi cauſa, inſternitur, ut ſtoreæ, mattæ, paleæ, phormiones. Alciat. *Stramenta* alioquin ſunt calami frumentacei, ſpicis demiſſis, l. fundi. 17.§.2. de Act. empt.

Ad l. pronunciatum. 46.

Aperitur idem eſſe *prorunciatum*, & *ſtatutum*. Promiſcuè enim, & pronunciaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere illos, qui jus cognoſcendi habent, h.l.46. Proinde Judex imperans, vetans, permittens, puniens, & jus dicens, ſtatuere dicitur. Gothofr. hic. Tamen pronunciare ad euntiationẽ, ſtatuere ad conſilii maturitatem ſpectat, Alciat.

Ad

Ad l. 46. §. matremfamilias. 1.

Iungatur l. pronuntiatio. 195. §. familiæ. 2.

Aperitur quæ *materfamilias* dicatur. Et in uſu juris *& lata ſignificatione* ſic nuncupatur fœmina ſui juris, quæ in patris poteſtate non eſt: & è contra filia familias, quæ eſt in poteſtate. d. l. 195. §. 2. Sed Lex. 46. §. 1. non reſpicit juris uſum, ſed imò ſpecialem caſum debiti maximè publici, propter quod licet mares, nõ quidem ab adverſario, ſed ab executore domo rectè extraherentur: matres tamen familias, ne ab apparitore quidem domo abſtrahi, & in publibum educi poterant. l. 1. C. de offic. om. jud. præſertim cũ

hoc

hoc maximè mulierem deceat domo ſe continere. Cujac. 7. Obſ. 16. Quo privilegio gaudebant illæ, quas boni mores & honeſta vita à cæteris fœminis diſcernebant atque ſeparabant, d. §. 1 l. 46. Proinde nihil intererat, nuptæ eſſent, an viduæ, ingenuæ an libertinæ: quia ut ſentit ibidem Paulus: neque nuptiæ, neque natales, faciunt matremfamilias; ſed boni mores, l. 3. in fin. de lib. exhib. l. 15. §. 11. de Injur. l. 10. ad leg. Jul. de adult. d. l. 1. C. Auth. hodiè novo jure. C. de cuſtod. reor. Novell. 134. c. 9. l. 41. de ritu nupt. l. 34. ſolut. matr.

In ſtricta ſignificatione ſic appellatur ſola *matrona* notæ authoritatis, d. l. 195. §. 2. cum d. l. 41. & l. 34. l. deinde in fin. de lib. exhib. Alciat. hic, qui illud Euripidis adfert.

fert. Famam mulieris, non formam, vulgatam eſſe oportere. Nam materfamilias nomen eſt dignitatis. Cujac. ad Novell. 22. cum conſors ſit primat⁹ in familia, infr. ad l. 166. & mariti dignitate præfulgeat, infr. ad l. 100.

Ad l. liberationis. 47.

Iungatur l. ſolutionis. 176. l. ſolvendo. 114.

Aperitur eandem vim habere *liberationis* verbum, quam habet *ſolutionis*.

Sumitur vox *ſolutionis* dupliciter. *1. Latè* ſive in genere pro omni liberatione à debito: & hoc ſenſu intelligitur. d. l. 47. juncta. l. ſolutionis. 54. de ſolut. Et in hac ſignificatione ſumitur etiam pro omni ſatisfactione. l. ſatisfactione. 52. eod.

eod. *Solvere* etenim dicitur, qui fecit, quod facere promiſit, d.l.176.
II. Strictè ſive in ſpecie, cum jungitur aliis modis liberandi, puta novationi, numerationi, acceptilationi. l. liberto.21. §. Lucius. de Annu. leg.

Solvendo eſſe videtur ille, qui defenditur, item qui æs ſuum habet in nominibus agnitis à debitoribus idoneis. l. 114. & ibi Gloſſ. l. nemo dubitat. 195. de R. J. item qui in totum ſolvere poteſt. §. fulloni. J. de Oblig. quæ ex del. l. 15. §. 8. de re judic. d.l.114.

Solvendo eſſe non videtur ille, cujus bona venduntur. Bart. circa l. tres tutores. de Admin. tuto. item qui punitur in corpore, cum in ære non habeat. Bal. circa l. quicunque. C. de Serv. fug. item qui ſoli-

ſolidum ſolvere non poteſt. Gædd. ad d. l. 114.

Ad l. qui neque. 48.

Aperitur qui *neque ſequantur, neque ducantur*. Spectat h. lex. ad tit. digeſtor. de in jus vocando, & in jus vocati ut eant, &c.

In jus vocare eſt juris experiundi cauſa vocare. Licuit olim apud Romanos propria auctoritate actori, reum, niſi ſtatim ſequeretur, aut ſatisdaret judicio ſiſti, manu injecta vi ducere, & obtorto collo ad judicium rapere. Cujac. 7. Obſerv. 16. & lib. 10. cap. 10. Qui enim in jus vocabantur, erant triplici differentia. Alii *vocati ſequebantur* ultrò, nec ducebãtur, quales vocati è domo ſua, aut ex aſylo, aut ſatis offerentes. l. 1. & 21. de in-

in jus voc. l. ſi quis voc. n. 17. Alii vocati, ſi nolebant ſequi, *ducebantur*, quales cæteri ferè omnes, qui in jus vocari poſſunt. l. 2. eod. Alii *nec ducebantur*, *nec ſequebantur*, quales qui ſoluti non erant, h. e. qui vel cuſtodia, vel vinculis, vel compedibus tenebantur. l. 2. de in jus voc. Unde claret ſenſus, §. 1. d. l. 48. dum ait, nec eum intelligi ſolutum, qui licet, vinculis levatus ſit, manibus tamen teneatur; ac nec eum quidem, qui in publico ſervatur. Ratio eſt, quia ille demum dicitur *ſolutus*, cui eſt libera recedendi facultas. l. 2. de hom. lib. exhib. l. nec non, 28. Ex quib. cauſ. major.

Ad l. nurus, 50.

Aperitur *nuri* (hoc eſt, filii uxor ſive ſponſa) appellationem ad

ctus.l.203.&43.h.t. cum l.60.§.1. de leg.3. quæque tuendi curandive corporis noſtri gratia utimur, cujusmodi ſunt pharmaca tàm evacuantia, quàm confortantia, d. l. 44. facit.l. in reb.9.§. poſſunt. Cõmod. l.ſicut.de Uſufr. l. ſi cum dotem.§. ſi autem. ſolut. matrim. *Victus* ergò appellatione continetur etiam amictus & cætera, ſictus ſpecies à ſuo genere. Unde *victu legato* illa omnia debebuntur, habita ratione dignitatis & conditionis perſonæ, & facultatum hereditatis, arg. l.6.§.5. de Carbon.edict. P.Stichus.12.de leg.3. Sic & *alimentis legatis*, quoniam victus & alimenti ſignificatio per omnia ſunt exæquata, teſte Paul. in l.ult. de alim. & cib. leg. Gædd. ad d.l. 44. Menoch. latè lib.4. præſ.157.

Dia-

Diariis & cibariis legatis ea tantũ debebuntur, quæ ad victum quotidianum,& ad cibum atq; potum pertinent, non etiam quæ ad veſtitum,& habitationem. l. Diariis. 21. de ali.& cib.leg.cum l. Legatis, 6. eod. quoniam de cibo tantum teſtator ſenſit.

● *Veſtis* abſoluta appellatione comprehenditur,lanea,linea, ſerica, bombycina, pellicea, quæ induendi, amiciendi. præcingendi, inſternendi, injiciendi, incubandive cauſa habentur. l. veſtis, 23. §. 1. & fin. cum l. proxima. de Aur. & Arg. leg. tàm virilis, quàm muliebris, & ſcenica etiamſi tragica, aut citharedica, d. l. 127. h. t. l. 15. ∫. etſi veſtimentorum. cum l. proxima. de Uſufr. Differt veſtis à veſtimento, ut genus à ſpecie: quia

veſtis generaliter dicitur, ſed *ve-ſtimentum* pars aliqua, ut pallium tunica, &c. Idque *veſtimentum* definitur quod pertextum eſt, u liber qui perſcriptus eſt. Cujac. i paratit. lib. 34. t. 2.

Veſtis tamen an veſtimenta le gentur, nihil refert, teſte Ulp. in d. 23. & Pomponio in l. inter, 33. eod

Inſtratum ſignificat omnem ve ſtem, quæ vel ornatus, vel como di gratia inſternitur, d. l. 45. hic l. 26. D. eod. *Stragula veſtis*, erg eſt omne *pallium* ſive omnis ſupe rior veſtis, quæ ad obtegendum interiorem geritur, d. l. 45. Bay phius ad præcit. l. 23. Item περίστρω μα, peripetaſma, aulæa, tapetia amphitapetia, inſtratorum & ſtra gulorum nomen ſubeunt. Gotho fred. ad d. l. 45. in not. Cujac. ro Obſ. 18.

Stra

Stramenta de quibus in §.2. d.l. 234. h.t. eſt omne ſtramineum, quod ſolo, quieſcendi cauſa, inſternitur, ut ſtoreæ, mattæ, paleæ, phormiones. Alciat. *Stramenta* alioquin ſunt calami frumentacei, ſpicis demiſſis, l. fundi, 17. §.2. de Act. empt.

Ad l. pronunciatum. 46.

Aperitur idem eſſe *pronunciatum*, & *ſtatutum*. Promiſcuè enim, & pronunciaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere illos, qui jus cognoſcendi habent, h.l.46. Proinde Judex imperans, vetans, permittens, puniens, & jus dicens, ſtatuere dicitur. Gothofr. hic. Tamen pronunciare ad euntiationē, ſtatuere ad conſilii maturitatem ſpectat, Alciat.

Ad l. 46. §. matremfamilias. 1.

Iungatur l. pronuntiatio. 195. §. familiæ. 2.

Aperitur quæ *materfamilias* dicatur. Et in uſu juris *& lata ſignificatione* ſic nuncupatur fœmina ſui juris, quæ in patris poteſtate non eſt: & è contra filia familias, quæ eſt in poteſtate. d. l. 195. §. 2. Sed Lex. 46. §. 1. non reſpicit juris uſum, ſed imò ſpecialem caſum debiti maximè publici, propter quod licet mares, nõ quidem ab adverſario, ſed ab executore domo rectè extraherentur; matres tamen familias, ne ab apparitore quidem domo abſtrahi, & in publibum educi poterant. l 1. C. de offic. om. jud. præſertim cũ hoc

hoc maximè mulierem deceat domo ſe continere. Cujac. 7. Obſ. 16. Quo privilegio gaudebant illæ, quas boni mores & honeſta vita à cæteris fœminis diſcernebant atque ſeparabant, d. §. 1 l. 46. Proinde nihil intererat, nuptæ eſſent, an viduæ, ingenuæ an libertinæ: quia ut ſentit ibidem Paulus: neque nuptiæ, neque natales, faciunt matremfamilias; ſed boni mores. l. 3. in fin. de lib. exhib. l. 15. §. 11. de Injur. l. 10. ad leg. Jul. de adult. d. l. 1. C. Auth. hodiè novo jure. C. de cuſtod. reor. Novell. 134. c. 9. l. 41. de ritu nupt. l. 34. ſolut. matr.

In ſtricta ſignificatione ſic appellatur ſola *matrona* notæ authoritatis, d. l. 195. §. 2. cum d. l. 41. & l. 34. l. deinde in fin. de lib. exhib. Alciat. hic, qui illud Euripidis adfert.

fert. Famam mulieris, non formam, vulgatam eſſe oportere. Nam materfamilias nomen eſt dignitatis. Cujac. ad Novell. 22. cum conſors ſit primat⁹ in familia, infr. ad l. 166. & mariti dignitate præfulgeat, infr. ad l. 100.

Ad l. liberationis. 47.

Iungatur l. ſolutionis, 176. l. ſolvendo: 114.

Aperitur eandem vim habere *liberationis* verbum, quam habet *ſolutionis*.

Sumitur vox *ſolutionis* dupliciter. *1. Latè* ſive in genere pro omni liberatione à debito: & hoc ſenſu intelligitur. d. l. 47. juncta. l. ſolutionis. 54. de ſolut. Et in hac ſignificatione ſumitur etiam pro omni ſatisfactione. l. ſatisfactione. 52.

eod. *Solvere* etenim dicitur, qui fecit, quod facere promiſit, d.l.176. *II. Strictè* ſive in ſpecie, cum jungitur aliis modis liberandi, puta novationi, numerationi, acceptilationi. l. liberto.21. §. Lucius, de Annu. leg.

. *Solvendo eſſe videtur* ille, qui defenditur, item qui æs ſuum habet in nominibus agnitis à debitoribus idoneis. l. 114. & ibi Gloſſ. l. nemo dubitat. 195. de R. J. item qui in totum ſolvere poteſt. §. fulloni. J. de Oblig. quæ ex del. l. 15. §. 8. de re judic. d.l.114.

Solvendo eſſe non videtur ille, cujus bona venduntur. Bart. circa l. tres tutores. de Admin. tuto. item qui punitur in corpore, cum in ære non habeat. Bal. circa l. quicunque. C. de Serv. fug. item qui ſoli-

ſolidum ſolvere non poteſt. Gædd. ad d. l. 114.

Ad l. qui neque. 48.

Aperitur qui *neque ſequantur, neque ducantur*. Spectat h. lex. ad tit. digeſtor. de in jus vocando, & in jus vocati ut eant, &c.

In jus vocare eſt juris experiundi cauſa vocare. Licuit olim apud Romanos propria auctoritate actori, reum, niſi ſtatim ſequeretur, aut ſatisdaret judicio ſiſti, manu injecta vi ducere, & obtorto collo ad judicium rapere. Cujac. 7. Obſerv. 16. & lib. 10. cap. 10. Qui enim in jus vocabantur, erant triplici differentia. Alii *vocati ſequebantur* ultrò, nec ducebãtur, quales vocati è domo ſua, aut ex aſylo, aut ſatis offerentes, l. 1. & 21. de in-

in jus voc. l. ſi quis voc. n. 17. Alii vocati, ſi nolebant ſequi, *ducebantur*, quales cæteri ferè omnes, qui in jus vocari poſſunt. l. 2. eod. Alii *nec ducebantur*, *nec ſequebantur*, quales qui ſoluti non erant, h. e. qui vel cuſtodia, vel vinculis, vel compedibus tenebantur. l. 2. de in jus voc. Unde claret ſenſus, §. 1. d. l. 48. dum ait, nec eum intelligi ſolutum, qui licet, vinculis levatus ſit, manibus tamen tenetur: ac nec eum quidem, qui in publico ſervatur. Ratio eſt, quia ille demum dicitur *ſolutus*, cui eſt libera recedendi facultas. l. 2. de hom. lib. exhib. l. nec non, 28. Ex quib. cauſ. major.

Ad l. nurus, 50.

Aperitur *nuri* (hoc eſt, filii uxor ſive ſponſa) appellationem

ad

ad nepotum uxores & ultra porrigendam eſſe: quæ pronurus & abnurus rectè appellantur. l. 12. & 14. de ritu. nupt. l. 1. in fin. & l. 3. poſt pr. de poſtul. l. 8. circa fin. de legat. præſt.

Ad l. appellatione, 51.

Iungatur l. juſta, 201. in fin.

Aperitur appellatione *parentis* non tantum patrem, ſed etiam avum & proavũ, & deinceps omnes ſuper avos contineri: ſed & matrẽ, & aviam & proaviã: verbo, omnes in infinitum aſcendentes utriusq; ſexus l. 3. de grad. affin l 10. §. 5. de in jus voc. Unde *patris* nomine avum demonſtrari dicit. d. l. 201. Et patres pro parentibus. l. patri. 20. de adult. Quæ interpretatio

in

in favorabilibus procedit, non verò in odioſis, ceu in l. 44. de ritu nupt. & in præcit. l. patri.

Ad l. cognoſcere. 56.

Iungatur l. notionem. 99. §. inſtrumentum. 2.

Aperitur quæ nomine *inſtrumentorum* intelligantur, & quid ſit *inſtrumenta cognoſcere, diſpungere.*

Inſtrumenta adeò variè in jure accipitur, ut quæ eorum appellatione comprehendantur, perquam difficile ſeparare ſit, d. §. 2. l. 99.

Specialiter autem in h. l. 56. pro omnibus, quibus aliqua cauſſa, & quæſito inſtrui poteſt: & ideò pro ſcripturis, teſtimoniis, perſonis, l. 1. de fidei inſtrum. l. 1. C. de Jurejur. propt. cal. auth. de inſtrum. caut.

Qua-

Quare *dilatio* cum petitur *inſtrumentorũ cauſa*, an danda ſit, inde dignoſcemus, ſi in prȩſentiam perſonæ, quæ inſtruere poteſt, veluti ejus qui actum geſſit, vel actor fuit conſtitutus, dilatio petatur. d. §. 2. l. 1. C. de dilat. l. 18. C. quand. appel. non recip.

Cognoſcere inſtrumenta, non ſolum eſt relegere ſcripturam, ſed etiam inſpicere ſigilla: exemplaria cum originalibus conferre, & veritatem agnoſcere. d. l. 56.

Diſpungere, eſt cancellare rationem transverſo calamo: ſive expungere, tollere, eximere. Hinc *expuncta rationes*. l. 13. de diverſ. temp. Et *diſpunctio* ipſa cancellatura. l. cum plures, de bon. auct. jud. poſſ.

Diſpun-

Diſpungimus ergò *inſtrumenta* cum accepta & data diligenter inter ſe conferimus, Gothofred. in not.d.l. 56.

Ad d.l. 56.§.liberorum.1.

Iungatur l.juſta.201. l. liberorum.220. l. filii. 84. l.quiſquis.116. Servius. 122. l.natorum.104. l.intelligendus.153.

Aperitur, qui *liberorum*, *filiorum*, *natorum*, *poſthumorum* appellatione comprehendantur.

Liberorum appellatio generalis eſt, & refertur ad omnes illos, qui ex nobis deſcendunt, ſive fictione, ſive revera, puta filios, filias, nepotes, neptes, & ulteriores omnes deſcendentes utriusque ſexus, ſive in poteſtate ſint, ſuæ ſui juris. d. §.1. l.56, & l.220, eod.l.47, ſolut.matr. l.3.

l.3. de aſſign. liber. l. 9. §. pen. de poen. l.16. de reſt. tut. §. ult. J. Qui. teſt. tut. Vult. J. de exher. liber. in pr. num. 2.

Niſi teſtatoris conditio & dignitas, aut præſumpta ejus mens, aliud ſuadeant. l. ex facto. 17. §. 4. ad SCtum Trebel. l. fin. de Jur. delib.

Filiorum nomine intelliguntur omnes liberi ex nobis deſcendentes. d.l. 84. non quidem propriè, ſed *ex interpretatione*. Quæ in diſpoſitione legis generaliter procedit, niſi ratio aliter ſuadeat. In diſpoſitione autẽ hominis non procedit, niſi voluntas diſponentis aliunde appareat. l. ſed & milites. 8. de excuſ. tut. l. filium. 14. ad SCtum Maced. l. Lucius de heredib. inſtit. & d.l. 220. hic. & §. fin. J. Qui. teſt. tut. dar.

Filius

Filius propriè is dicitur, qui ex me naſcitur. Quare qui tutorem filiis dedit, vel filios inſtituit, non cenſetur nepotibus aut filiabus tutorem dediſſe, vel eos inſtituiſſe: niſi figura verborum aut mens teſtantis, aut ratio aliud poſcat. dd. ll. 116. & 122. h. t. l. cum avus. 102. de cond. & demon. l. cum quid. 19. de liber. & poſth. l. ſi quis. 16 de teſtam. tut. Itaque.

Cum ex proprietate ſermonis, nepos filii appellatione non contineatur, ſed ex interpretatione. Bar. & Bal. ad l. Gallus. §. inſtituens de liber. & poſth. rectè ait d. l. 201. h. t. juſta interpretatione id eſſe accipiendum ut contineatur, ut & in l. 34. de Inoff. teſt. & l. 1. C. de natur. lib. Sic etiã filii appellatione continentur & filiæ, ut in d. l. 16. de teſt. tut. & ſupr. indicatũ eſt. ad l. 1. h. t.

Natorum appellatio latiſſima eſt comprehendens quicunque nobis nati ſunt, aut qui ex filiis aut nepotibus noſtris naſcentur, quia nobis naſci dicuntur. d.l.104. hic. & d. l. Lucius. 65. de hered. inſt. Quare ſi Lex ita ſit dicta; *Titi Semproni, & qui ex corpore tuo naſcentur.*: etiam nepos comprehendi intelligetur. l. dotem. 6. de Collat.

In natis differentia eſt ſexus & perſonarum, in poſthumis non. item §. poſthumi. J. de exhered liber. *Poſthumi propriè* ii ſunt liberi, ſive maſculini, ſive feminini, qui poſt mortuum & ſepultum patrem naſcuntur. l. 3. § 1. & ibi glo. Bar. de Injuſt. rupt. irritoque teſtament. Cujac. 5. Obſerv. 4. d. §. poſthumi. J. eod. Rectè igitur Lex. 164. h. t. ait: nomen filiarum in poſthu-

poſthumam cadere: quia revera poſthumus eſt filius. Sed negat nomen poſthumæ in eam cadere, quæ in rebus humanis eſt: quia verera poſthuma non eſt. Connan.10.Comment.1.

Eadem eſt, jam natorum, & poſthumorum ratio, in hereditate parentum. l.qui in utero. 26.de ſtatu hom.l.intelligendus.153.h.t. cujus favore, etiam cum in utero ſunt, jam natis comparantur. dd.ll. l.2.§. qui autem.de excuſ. tut. l. is cui ita.18.Quando dies leg.

Impropriè poſthumi dicuntur, qui poſt factum teſtamentum, nati ſunt. l.13. de Injuſt. rupt. §. poſthumorum. I. eod. Forcatul. Dialog.8. Necyoman. DD.ad d.l.Gallus.29. Et hæc impropria ſignificatio uſurpatur duntaxat in do-

ctrina ſucceſſionũ, quæ fiunt ex teſtamento; ſed propria poſthumorum ſignificatio, tam extra ſucceſſionum doctrinam, quàm in illa uſurpatur. Vult, ibid. ad §. poſthumi. n. 2. & 3.

Ad l. qui præcipua. 57.

Aperitur qui *magiſtri*, & *magiſtratus*. *Magiſtri* appellantur illi, quibus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quam cæteri debent diligentiam & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt. d. l. 57. *Magiſtrare*, regere & temperare moderari eſt. Unde *magiſtri*, non ſolum *Doctores* artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum, dicuntur: quia hi omnes magis cæteris poſſunt, unde & *magiſtratus*, quia per imperia potentiores ſunt,

ſunt, quam privati, Feſt. d. l. 57. Hinc magiſtri navium, memoriæ, epiſtolarum, libellorum, officiorum, inter agentes, & alios, quos perſtringit hic Gothofred. in not. *Magiſtri appellantur* cujuslibet diſciplinæ *Præceptores*, à monendo, vel monſtrando. d.l.57. Quos excellere oportet moribus primùm, deinde facundia. l. magiſtros. 7. C. de profeſſ. lib. X. Quia nulla res tam perniciosa eſt diſcipulis, quàm vita magiſtri contumelioſa. Boet. de Diſcip. Schol.

Magiſtratus ſignificat omnes, quibus judicandi functio commiſſa, non ut jus conſtituant, ſed ut conſtitutum dicant, quaſi viva vox Juris civilis. Pompon. in l. 2. de orig. Jur. l. nam & ipſum. de J. & J. §. prætorum quoq;. J. de J. n. G. C.

Ad l. Satisdationis, 61.

Iungatur l. habere. 188. §. cautum. 1.

Aperitur quid *ſatisdare*, & quid *cavere*.

Satisdatio eſt propriè cautionis ſpecies. *Cavere* eſt creditorem reddere ſecurum de debito. Quod fit quatuor modis. Juramento, ſi quis ſe ſoluturum juret. Stipulatione, ſi quis ſine juramento promittat. Pignore, ſi quis pignus det, fidejuſſore, ſi quis fidejuſſorem det. Iſti duo poſteriores modi *propriè* nuncupantur *cautio*. Et hoc eſt, quod ait d. l. 188. §. 1. cautum intelligi, ſive rebus, ſive perſonis, cautum ſit. Illi duo priores modi *impropriè* tantum *ſatisdatio* nuncupantur. Et hoc eſt quod ait d. l. ſatisdationis ap-

appellatione interdum etiam repromiſſio continetur.

Ad l. penes 63.

Aperitur *Penes te* amplius eſſe, quam *Apud te*.

Generalius ergò eſt, *apud aliquem eſſe*, nam quod qualiter qualiter tenetur, ſignificat: ut res à commodatario vel depoſitario, aut à mandatario pecunia ex cauſa mandati exacta. l. in rebus. 18. Comod. l. ſi fidejuſſor. 30. depoſit. l. qui negotia. Mand. d. l. 63. *Vulgariter* autem ſignificat *apud* vicinitatem loci, vel exiſtentiam in loco: ut cum dicimus apud urbem, apud Italos. Unde dixit Feſtus, quod *apud* perſonam cùm loco ſignificat.

Penes ſtrictius eſt, nam ſignifi-

cat quod quodammodò poſſidetur, ut res à Domino, tabulæ teſtamenti ab herede, liber homo à bonæ fidei poſſeſſore. l. Titia. §. hujus. de leg. 1. l. 1. de Caſtr. pecul. l. quæſtium. de acquir. rer. dom. d. l. 63. Unde dixit Feſtus, quod *penes* perſonam & dominium ac poteſtatem ſignificat.

Pertinet lex. h. 63 ad Actiones quibus petimus rei reſtitutionem, & ad Interdicta, quibus petimus exhiberi inſtrumenta, tabulæ, &c. ut ſub titt. de tabb. exhib. t. de liber. exhib. t. de lib. hom. exhib. Interdum tamen apud & penes confunduntur. Gothofr. hic.

Ad l. inteſtatus. 64.

Aperitur quando quis dicatur *inteſtatus*. Accidit hoc quinque modis,

modis, videlicet ſi quis teſtamentum non fecerit: ſi non jure fecerit: aut quod fecerat ruptum eſt: aut factum irritum: ſi nemo ſit heres, herede inſtituto vel moriente, vel repudiante. Quibus omnibus caſibus hereditas ad proximos ſanguine pertinet. Videatur t. J. Quib. mod. teſt. infirm. t. J. de hered. quæ ab inteſt. defer. t. C. de Teſtam. l. 1. Quis ord. in bon. poſſ. l. 1. de ſuis, & legit.

Inteſtatus ergò in h. l. capitur, prout opponitur *teſtato*, h. e. illi qui teſtamentum fecit. *Inteſtatus* alio ſenſu ſumitur, prout opponitur *anteſtato*, h. e. illi, qui *teſtato* conventus eſt. Videatur Cujac. 7. Obſerv. 16. & quæ ſupr. ad l. 40.

Ad l. heredis. 65.

Iungatur l.heredis.170.l.ex illa, 227. l.ſciendum.70.

Aperitur *heredis* appellationem, non ſolum ad primum & proximum, ſed etiam ad ulteriores heredes referri. Nam & heredis heres, & deinceps omnes ſucceſſores ſignificantur, etſi verbis non ſunt expreſſi. dd. ll. 65. 70. & 170. Gabriel. lib. 6. de V. S. concl. 2.

Certis tamen caſibus ultra proximum heredem non porrigitur. I. Cum in edicto unde legitimi vocantur ad bonorum poſſeſſionem, d. l. 227. in pr. l. 1. 2. 4. Unde legit. §. 2. cum ſeq. J. de legit. agnat. ſucceſſ. II. Cum in ſubſtitutione pupillari verſamur, d. l. 70. & 227. in fin. l. ſed ſi plures. de Vulg. & pupill. ſubſt. III. Cum ſcripti

ſcripti heredis eſt facta mentio, vel ſui heredis. l. qui liberis. & ibi Bar. de vulg. ſubſtit. IV. Cum ſumus in emphyteuſi eccleſiaſtica, vel in feudis tantum maſculis. c. ſi de feu. fut. cont. int. do. & c. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feud. in Uſibus. V. Cum exiguntur operæ officiales, quæ ad filios tantum etiam non heredes, tranſeunr: ſed non fabriles. l. 6. de oper. lib. Non ſic artificiales, quæ ad heredem extraneum, ſed non ad ejus heredē. dd. ll. cum l. patronus. 22. eod. & d. l. 70. h. t. præal. Gabriel. concl. 3.

Ad l. mercis. 66.

Iungatur l. mercis, 207.

Aperitur quod *mercis* appellatio, *ſtrictè* ſcilicet loquendo, ad res mobiles tantum & venales

pertinet, ut vinum, frumentum, oleum : non ad homines, ut ſervos, fullones, ſarcinatores, textores, aut venaliciarios. dd. ll. 66. & 207. l. fin. de Condict. tritic. l. 1, de tribut. act.

Mercatores dicuntur talium rerum mobilium venditores, qui lucri faciendi cauſa, eas important & exportant venum. l. un. C. de nund. & mercat. Alciat. ad. l. 66. Ergò ſtatuta de mercatoribus loquentia non pertinent ad emptores immobilium, ſed nec ad omnes res mobiles, quia non ad homines, nec ad *mangones*, qui ſub appellatione venalitiorum continentur. d. l. 207. d. l. un. C. l. ſemper. §. negotiatores. de Jure immunit. l. generali. 32. §. uxori & ibi Bart. de Uſu. & Uſufr. leg.

Latè

Latè loquendo in materia emtionis *mercis* appellatione veniunt quæcunque res in emptionem deductæ ſunt, l. 1. de Contr. empt. l. 1. de rer. perm.

Mercis cauſa parata dicuntur, quæ ut veneant parata ſunt. Et *mercionis* nomine omnis negotiatio intelligitur. d. l. 32. de Uſu & Uſufr. d. l. 1. cum 2. de Tribut. l. 3. C. de Commerc. & Mercatorib. ubi, nobiliores, honore conſpicui, & ditiores *mercimonium* excercere prohibentur.

Ad l. illa verba. 68.

Aperitur: verba, *arbitratu alicujus fieri*, ſignificare jus, ſive facultatem jure permiſſam: & in ſervum non cadere. h. l. 68.

Arbitrium duplex eſt, ſtrictum, &

&boni viri.l.ſocietatem.§.arbitrorum. Pro ſoc.l.1. de arbitr. cap. Quintavallis de Jurejur. In illo *arbiter*, ſecundum jus procedere debet: in hoc *arbitrator*, ex æquo & bono decidere. Ex arbitrio ut effectus juris oriatur, legitima debet eſſe perſona arbitri: qualis non eſt ſervi, in quem jus reſidere nequit, ſed merum factum, quia neque civilis neque prætorii juris communionem habet: atq; ideò in illum compromitti non poteſt. l. qui teſtamento. §. ſervus. Qui teſtam. fac. l. 7. & 9. de recept. arbitr. §. ſed cum factum J. de inutil. ſtipul.

Ad l. hæc verba, 69.

Aperitur verba, *cui rei dolus malus aberit*, *abſuerit* generaliter com-

comprehendere omnem dolum, qui admiſſus eſt, contra bonum & æquum, in eam rem de qua ſtipulatio interpoſita. h.l.69.l.22.38.53.83.119.de V.O.l. qui æquitatem, de dol. mal. except. Cum enim noſtra interſit, tam in contractibus, quàm in judiciis, non circumveniri dolo, ſtipulamur dolum abſuturum pœnâ adjectâ. Et quia ſtipulatio eſt pœnalis, intelligitur contrahens promiſiſſe non tantũ ſuum & heredum, ſed etiam extranei factum. l novisſima. Judica. ſolu. d.l.38.§. quis dolo.l. 53. & 83. eod.

Ad l. 70. §. verba hæc. 1.

Iungatur l. verbum illud.

181.

Aperitur verba, *is ad quem ea res pertinet* quomodo intelligantur, cum

cum & in jure, & promiſſionibus occurrant. l. 19. & 35. de Ædil. edict. l. 53. de A. & O. Poſita in lege, dominos rerum duntaxat continent, & quoscunque qui jus aliquod habent, dd. ll. & l. 181. h. t. Deinde ſucceſſores tam univerſales, quam ſingulares, ut emptores. l. 7. cum prox. de Jurejur. l. 2. cũ prox. Rem. rat. hab. l. 1. & 2. Quor. legat. l. 40. ſi cert. pet. Poſita in contractibus & ſtipulationibus, ſucceſſores ſingulares non continent.

Pertinere latiſſimè patet; ſignificat 1. eam rem, quæ jure dominii, aut quaſi, vel ſervitutis, noſtra eſt. 2. Quæ poſſeſſionis jure. 3. Quæ jure obligationis. 4. Quæ jure intereſſe nos afficiunt. d. l. 181. Gædd. ad l. 70. qui acervum legum ſtruit & adſtruit. Itaque.

Perti-

Digitized by Google

Pertinere pro ſubjecta materia & æquitate recipit vel ampliationem, vel reſtrictionem, ceu ex præcitt. LL. l. 1. de Vent. inſpiciend. l. 32. cum ſeq. de procur. l. 27. ad leg. Jul. de adulter. Gothofred. in not. Gædd. ibid. qui pugnam dirimit, quæ inter hanc leg. & legem. 181. eſſe videtur.

Ad l. aliud eſt. 71.

Iungatur l. nomen. 164. in fin. l. veniſſe. 165. l. perveniſſe. 171. l. cepiſſe. 140. l. ia apud. 143. l. habere. 188.

Aperitur ſignificatio verbi *accipere, capere, pervenire, venire, habere, tenere, poſſidere.*

Capere cum effectu accipitur. d. l. 71. ut ſcilicet quis ita capiat, ut habeat; ſi enim reſtituturus erit, quod

quod accipit, non videtur cepiſſe cum effectu. l.non videtur.51.de R.Jur.& ibi Dec. Tamen cepiſſe quis intelligetur, quamvis alii adquiſivit. d. l. 140. ceu filius patri, ſervus domino: jus enim adquiſitionis ex perſona patris,ac Domini conſideratur. l.qui hominem. 34.§.quidam.de ſolut. l.quod dicitur.130.de V.O.l.poſſeſſio.49.de Acqu. vel Amit. poſſ.

Accipere eſt, ſi non accepit, ut habeat.d.l.71. Ergò ſine effectu ut etiam in l. ex facto.§. Julianus. de Vulgar.& pupill.ſub ſt.l. in civitatibus circa fin. de Leg.I. Bart.ad l. naturalis. de præſcr. verb.

Pervenire cum effectu accipiendum eſt.d.§.2.l.164. *Perveniſſe* vel *veniſſe* dicitur, quod eſt permanſurum, & ad aliquem pervenit

nit deductis oneribus, d.l.71 l.36. ad SC. Trebell. Hinc ait, l. 165. hic, veniſſe ad heredem nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno. Et Lex. 171. perveniſſe ad te rectè dicitur, quod per te ad alium pervenit: dummodo jure tuo nitatur. l. 140. & 150. h.t.

Habere ſicut pervenire cũ effectu accipiendum eſt, d.§.2.l.164.E. *ſtrictè* loquendo, habere videtur, qui ex ſua perſona habet. cui deductis oneribus lucrum ſupereſt: cui momentanea non eſt adquiſitio. Alciat. hic. *Impropriè* loquendo, rem habere dicitur, qui ad illam habet actionem: habetur enim quod peti poteſt, d.l.143. l. Labeo.14. §.1.h.t. Tamen revera minus eſt actionem habere, quam rem, l. minus. 204. de R.J.

Habe-

Habere verbum eſt *generale*, & ad dominii jus, & poſſeſſionis, atq; etiam ad eum, qui detentor eſt, pertinet. d. l. 188. l. ſtipulatio iſta. §. habere. de V. O. nam & eum habere dicimus, qui Dominus eſt rei, & eum qui Dominus quidem non eſt, ſed tenet, uti depoſitarius, emptor. l. ſi ita. de contr. empt. l. 11. circa fin. de Act. empt.

Habere, tenere, poſſidere, diſtinguuntur in Aquiliana formula. l. 18. de acceptil. Habere propriè ad jus pertinet, tenere ad factum, poſſidere ad utrumque. arg. l. poſſeſſio. 49. de Acqu. poſſ.

Ad l. 71. §. hæc verba. 1.

Iungatur l. hac verba. 73.

Aperitur ſenſus illius antiquæ formulæ, *His rebus rectè præſtari*: quæ

quæ hoc ſignificat, nequid periculum vel damnum ſtipulator ſentiat, ſed promiſſor, re ut oportet utatur, eamve cuſtodiat, & ſine vitio, ut & virum bonũ decet, præſtet atque reſtituat. d. §. 1. l. 71. l. redhibere. 21. §. idem Pomponius. de ędil. edict. l. ipſi quoq;. 29. de rei vind. l. reos. §. 2. de duob. reis. l. 2. de Uſufr. ear. rer. l. 20. §. fin. de ſerv. urb. 24. de ſerv. ruſt. Verbum *n. rectè* viri boni arbitrium importat. d. l. 73. hic. l. illud. 40. §. pen. de in pr. pet. Cujac. ad African. tr. 6. her. Sic in l. lecta. 40. ſi cert. pet. & in l. qui Romæ. §. 15. de V. O. *rectè* dari, fieri: & *rectè* defendere in l. jam tamen. 5. §. 3. Jud. ſol. Quoties ergò in ſtipulationibus *rectè* ponitur, oſtendit fructus boni viri arbitrio deberi: quod inſinuat. d. l.

d. l. 73. in verbis fructus continent.

Ad l. dediſse. 76.

Aperitur ſignificatio verbi *dare*. *Dare ſimpliciter* pronunciatum *proprie* ſignificat alienare, & dominium transferre. §. ſic itaque. 14. J. de Act. Quare ſtipulationes de dando conceptæ, vim hanc habent, ut dominium ſtipulatoris efficiatur. l. ubi. 75. circa fin. de V. O. l. ſi ita. de contr. empt. quia datum non videtur, quod cum datur, non fit accipientis. l. non videtur. 167. de R. J. Hot. ad d. §. 14. Inſtit. cum quo ſentit. Bachov. eod. n. 2. Cujac. 11. Obſerv. 37. Ergò *dare* eſt accipientis facere.

Dare impropriè ſignificat, & permutare & compenſare; uti in d. l. 76. hic, nam qui rem pro re alia

alia, quam dare tenebatur commutavit, vel compenſavit, aut ſibi acceptum latū eſt, is dediſſe cenſetur. l vel permutavit. de liber. cauſ. l. ſi ei. de jure dot. Brech. Dare etjam videtur qui reſtituit. l. ſtatu liber. §. ſi quis. de ſtatu liber. l. ſi ſervus. de Ædil. edict. Bachó. eod. n. 1.

Sic etiam in locatione, emphyteuſi, feudo, qui locat vel concedit, impropriè dicitur dare, cum dominium non transferat ſed uſum. Sic & ex improprio ſcriptum cenſet Bartol. in fin. de Condit. ob cauſ. & in l. ex empto. de act. empt.

Dare, donare, tradere diſtinguntur. Dare propriè dicitur, qui dominium transfert; tradere, qui ſolam poſſeſſionem; donare qui utrumque nullo jure cogente facit. l. 29. de Don. l. ſi non, de V. O.

Ad

Ad l. frugem, 77.

Iungatur l. ſylva. 30.

Aperitur, quid *reditus*, *fructus*, *frumentum*, *legumen*.

Verba leg. noſtræ ſunt: frugem pro reditu appellari, non ſolum quod frumentis, aut leguminibus: verum & quod ex vino, ſylvis cæduis, cretifodinis, lapicidinis capitur.

Reditus dicitur quicquid ex re aliqua obvenit & redit. l. 5. §. non paſſim. de reb. eor. Sic reditus prædii, h. e. *proventus*, qui quotannis redit. l. pen. de Uſufr. leg. l. ſi reditus. de fund. inſtr. Brech. hic. Vocabulum *reditus* proprium eſt in eo agro, qui nummo locatus eſt: *fructus* autem in eo, qui naturalibus emolumentis inſiſtit. Connan.

nan. lib. 4. cap. 3. Promiſcuè tamen accipiuntur.

Fructus dicitur, quidquid ex re aliqua naſcitur, vel occaſione rei adquiritur. Dividuntur in merè naturales, induſtriales, & civiles.

Naturales ſunt qui vi & beneficio naturæ principaliter, non diligentia & opera hominis, proveniunt: ut arbores, poma, lac, pilus, lana, agni, hædi, &c. l. fructus. de Uſur. §. is verò ad quem. J. de rer. divis. *Induſtriales* ſive artificiales, qui principaliter requirunt, ut homo ponat primam cauſam, & diligentiam adhibeat atque culturam: ut in fabis & piſis plantatio eſt. l. bonæ fidei. de acquir. rer. dom. *Civiles*, qui occaſione rei veniunt, & jure percipiuntur, ut lucra ſervorum, penſio-

ſiones, obventiones, adquiſita ex opere & negotiatione. DD. in l. ex diverſo. de rei vind. Hinc intelligatur tex. §. ſi qui à non Domino 27. J. eod. ubi dicitur, bonæ fidei poſſeſſoris eſſe fructus perceptos pro cultura & cura. Non facit ergò ſuos, qui ſine cura & cultura ejus proveniunt. d. l. fructus. Cujac. ad Afric. tr. 7. ubi reſpondet ad d. l. bonæ fidei. 48.

Fruges dicuntur, quæ culturam & induſtriam humanam requirunt, & redeunt, vel ſine ſemine, vel ex ſemine. Illæ generis nomen retinent, ut vina, olea, fructus lapicidinarum, cretifodinarũ, auri argentiq; fodinarum, ſylvarũ cæduarum. d. l. 77. & 30. h. t. l. fruct⁹. 7. ſol. matr. l. ſi. de fund. total. l. ſi. ex lapicidinis. de jure dot. Hæ *ſegetes*

getes à ſemine ſpecialius vocari ſolent; & dividuntur in frumentum, & legumen. Plin. 18. c. 7. cum ſeq. *Frumentum* dicitur, quod ariſtæ ſe tenet, ut hordeum, avena, triticum, ſiligo, ſive zea, ſecale ſive zypha, milium, panicum. *Legumen* dicitur, quod ſiliqua, h. e. theca vel rotunda, vel chilindraceæ, vel longa tenetur, ut cicere, piſo, fabæ, lupinum; eruum, lens, cicer, linum. Plin. & l. 77.

Falſum ergò eſt, fruges omnes eſſe, quibus homo veſcatur: non enim caro aut aves, ova, lac, poma, &c. fruges dicuntur, ceu poſt Julianum hic Paulus affirmat, & ſubſcribit Gædd. hic addita ratione, & Dempſterus in exam. Gloſ. hujus tit.

Frugibus legatis, quod tam le-
gumina, quam hordeum & triti-
cum debeantur, ex præcedentibu
patet, Cujac. lib. 3. recept. ſent. tit
de legatis. 6.

Ad l. impenſæ, 79.

Aperitur *quid impenſæ neceſſa-
riæ, utiles, voluptuariæ.*

Neceſſariæ ſunt quæ ſi facta
non ſunt, res aut peritura, aut de-
terior futura ſit. h. l. 79. veluti ag-
geres facere, flumina avertere,
ædificia vetera fulcire, itemque
reficere, arbores in locum mor-
tuarum reponere. l. 14. de Impen.
in res dot. Has maritus & quilibe
bonæ vel malæ fidei poſſeſſor de-
ducit. l. domū. C. de rei vind. l. 37
& 38. de hered. pet. l. 37. de rei vind
Menoch. de recuper. poſſeſſ. re-
med. 15. quæſt. 39.

Utiles impenſæ ſunt quæ meliorem dotem faciant, deteriorem eſſe non ſinant, ex quibus reditus mulieri adquiritur. h.l. 79. §. 1, veluti ſi oliveta, vineta, arbuſta, paſtina, ſtercorationes fiant. d. l. 14. & l. 39. de hered. pet. l. fin. de pact. dotal. Has maritus, ſi fuiſſent modicæ, deducebat: ſed hodie deductione denegata, datur ei vel actio mandati, vel negotiorum geſtorum. l. omninò 12. de impen. in res dot. l. utilium. 8. eod. l. un. §. taceat. C. de rei uxo. act. Bonæfidei poſſeſſor deducit: malæfidei verò easdem aufert, ſi quidem ſine læſione rei poſſit. §. 30. J. de rer. divis. l. 5. C. de rei vind. Menoch. citat. loc.

Voluptuariæ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat, non etiam fructum

augent,h.l.79. §.2. Veluti viridaria, aquæ ſalientes, picturæ, incruſtationes.l.7. de Imp.in res dot.& l.14.eod. Has maritus, & quilibet bonæ vel malæ fidei poſſeſſor, ſi ſeparationem ſine læſione rei admittant, tollere poteſt: aliàs non. l.9. & 11. eod.l.10. §.10. Mand. d.l. un. C. de rei uxo. act. & Menoch. eod.

Ad l. in generali, 80.

Aperitur in generali *repetione legatorum*, etiam datæ libertates ex mente Leg.XII.tabb.contineri: cujus hæc verba ſunt: *Uti quis legaſſet, rei ſuæ, ita jus eſto.* l. 120. h.t.

Repetitio nihil aliud eſt, quàm iteratio ejus, quod relictum eſt, l. Si ſic, 13. l. ſi purè 54. l. in repetundis.

dis.63.de leg. 3. l. avia. 77. l. libertis.108.de Cond.&demonſtr. Fit repetitio expreſsè & tacitè.

Tacitè fit repetitio, quando teſtator aliquem inſtituit,& jubet ut huic det centum, illi fundum, iſti libertatem, poſtea heredi inſtituto ſubſtituit Cajū, *hoc modo, ſi, quem inſtitui non ſit heres, Cajus heres eſto.* Dicit Lex noſtra, à ſubſtituto quamvis nominatim gravatus non ſit, Legata eſſe præſtanda, atq; adeò etiam libertates, facit l. cum in ſubſtitutione. 77. de leg. 3. l. licet.74. de leg. 1.

Expreſsè fit *repetio* vel generaliter, vel ſpecialiter. *Generaliter* quoties repetuntur præcedentia legata, vel inſtitutionis gradus, per verba generalia, puta per verbum, amplius, quisquis, præterea, vel ſi-

mili verborum genere l.ſi purè,54
de legat.3.l.legata,19.de legat.1.c
l.avia.77.l.libertis.108.de Cond.&
Demon.l 3.§.filius,de lib. & poſ
hum.l.quæ conditio.39.de Cond
& Demon. d.l. licet.& l. in repe
tundis,cum l. cum ſervus 82, eod
Spicialiter, quoties vel res legata
vel perſonæ nominatim repetun
tur, aut certis notis repetitæ de
monſtrantur,puta ſi teſtator dica
quas pecunias legavi quibus dies
appoſitus non eſt, annua, bima,
trima die, heres meus damnas e
ſto,d.l. legata.19.aut alio modo
prout Gædd. hic.

Ad l. verbum amplius.82.

Iungatur l.ut ſi cui.12.§.minus.1.l.minu 32.l.non poteſt.117.l. ſi ante.150.

Ad

Aperitur vis verbi *amplius* & *minus*. Quamquam hæc comparativa ſint, ex ſubjecto tamen argumento, vim comparationis interdum amittunt. Ac proinde *minus ſolutum* intelligitur etiamſi nihil eſſet ſolutum. d. l. 32. & 150. vel nihil exactum. d. l. 82. *Minus ſolviſſe* dicitur, qui ſua die non ſolvit, qui integram ſummam non obtulit, qui partem debiti ſolummodò præſtitit. d. §. 1. l. 12. Non poteſt tamen videri minus ſolviſſe is, in quem amplioris ſummæ actio non competit. d. l. 117. uti ex l. 4. C. de poſ. l. un. C. & l. 12. D. de eo quod cert. loc. patet.

Amplius, extendit, amplificat, addit: & ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur. d. l. 82. Sic illi, cui nihil eſt legatum, nihil debe-

tur: & tamen ſi teſtator addat, *hoc amplius* lego, quod expreſſerit, debebitur. Sic ab eo, qui nihil mihi debet, ſi ita fuero ſtipulatus *amplius quàm mihi debes, decem dare ſpondes*: decem debebuntur. l. ſi ſervus. 108. §. ſi. ei. de Leg. I. l. ſi ſic locutus, 13. de Leg. III.

Ad l. Neratius. 85.

Iungatur l. Collegarum. 173.

Aperitur *tres facere collegium*: & qui *collegarum* nomine veniant.

Collegium ſive corpus dicitur ſocietas quædam hominum ita contracta, ut ex pluribus perſonis, una perſona, & unum corpus fiat. l. 1. Quod cujusque uni. Collegium aliud eſt *licitum*, quia ſpecialiter

liter permiſſum: aliud *illicitum*, quia non permiſſum. Illud ſibi leges ferre poteſt, hoc non item. *Tres* faciunt collegium. h. l. 85. Quorum ſi duo moriantur, jus collegii in uno conſervatur. l. ſicut. circa fin. eod. Et ſi in locum defunctorum alii ſubintrent idem ſemper Collegium manet. l. proponebatur. de Judic. Quamvis autem collegium per unum conſervari poſſit, conſtitui tamen non poteſt: alia namque eſt ratio conſtitutionis, alia conſervationis. Gædd. hic. Cujac. 7. Obſ. 30. Zoeſ. 47. Com. 22.

Collegarum appellatione hi continentur, qui ſunt ejusdem poteſtatis, ait l. 173. h. t. nimirum magiſtratus municipales, præſides, &c. Sic nuncupati eo quod unà lecti ſint, l. 7. de Cuſtod. & exhib. reor.

Hoc nomine etiam appellantur qui eadem Legatione funguntur item qui in eodem collegio ſunt l.2. C.de legat.lib.10.l.41.§.fin.de excuſat.tut.

Ad l. boves.89.

Iungatur l.ferri.235.

Aperitur quid *armentorum* & *jumentorum* nomine contineatur.

Pecudum ſeu *pecorum* nomine continentur omnia animalia cujuscunque generis, & omnes quadrupedes, quæ ſub imperio gregatim paſcuntur terræ pabulo: ſicuti oves, capræ, boves, equi, muli, aſini, ſues.l.2.& 29. ad Leg. Aquil. l.63.& 79.de leg.3.l.38.de ædil.edict.l.12.de Uſu,& habit.

Grex tam majorum, quam minorum eſt animalium: propriè tamen eſt tantum minorum pecudum: ſicuti ovium, caprarum, ſuum. Quando intelligatur grex, & quando non, petatur ex l. ſi grege, de Leg. 1. l. ul. juncta Glo. Quib. mod. Uſusfr. ammit. l. oves de Abige. Definitur in §. ſi grex, 18. J. de Legat.

Armentum eſt tantum majorum pecudum grex. Armenta ab armo, ſive humero denominantur, quod eo maximè laborant: aut ab aramento, quod maximè ad arandum eligerentur. Legato igitur armento, etiam boves continentur: non jumenta, non greges, l. legatis ſervis. 65. §. 5. de Leg. 3. l. ſervis legatis. 81. §. 3. eod. Quia boves magis armentorum, quàm

quàm jumentorum generis appel-
lantur. h.l. 89.

Iumentorum nomine dorſua-
lia animalia continentur, ſicuti e-
qui, muli, cameli, & alia quæ dor-
ſo ferunt, & eo juvant. l. 2. circa fin.
ad leg. aquil. Ea quæ iſtis nobis-
cum ducimus, *portari* dicuntur;
& *ferri* quæ nos bajulamus. d. l.
235. Legatis jumentis, boves non
continentur. l. legatis ſervis. §. ju-
mentis. de leg. 3. Quia etſi bove
collo domentur, tamen collo non
ferunt. l. 38. §. jumentorum. de æ-
dil. edict. d. l. 65. de leg. 3. Recte
ergò l. h. 89. ait, boves magis ar-
mentorum genere contineri
quàm jumentorum.

Ad §. 1. d. l. 89.

Aperitur hoc ſermone, *dum nu-
pta erit*, primas nuptias ſignificari

Qua

Quare dos cum nupta erit promiſſa, non niſi in primis nuptiis debetur. l. dotis promiſſio. 69. l. ſi ſponſalibus. 56. de jure dot. Nam ſermo ſimpliciter prolatus, de prima tantum vice intelligitur: ſecundum comunem regulam, quæ tamen in ſermone negativo non procedit. Alcit. hic. Cujac. conſult. 47. in fin. per l. cum pater. §. pater. 9. de leg. 2.

Ad §. 2. d. l. 89.

Aperitur differentia inter *edere*, & *reddere rationes.*

Iuſſus edere rationes, inſpiciendi & deſcribendi tantum facultatem præbere debet, reliquum reddere non debet. d. l. 89. l. 1. de edendo. *Iuſſus autem reddere* rationes, hoc

hoc amplius eam pecuniam, quæ ex reliquis colligitur, reddere cogitur. d. l. 89. l. 69. §. ſervus. de evict. l. 31. de ſtatu lib. l. non ſolum. §. is qui. de lib. leg. Cujac. ad Afr. tr. 9. in med. Quod ſi ad reliqua non teneatur, nec quidem rationes reddere debebit. l. cum ſervus. de Cond. & Demon. Hinc eſt quod vulgo dicitur: ubi duo propter unum, ibi unum. Alciat. Etenim *rationes reddere* in effectu nihil eſt aliud, quam *reliqua* ſolvere. l. 32. eod. l. 4. C. de teſtam. manum. Gædd.

Edere & exhibere rationes dicimus promiſcuè. Sed *edere* latius patet, quàm exhibere. Quippe eduntur rationes & actiones, exhibentur rationes tantum. Fuſius Cujac. 10. Obſerv. 14.

Ad

Ad l. qui uſi. 90.

Iungatur l. ſi cum. 126. l. non tantum. 169. l. illa verba. 163.

Aperitur quid ſignificent verba *uti optimus maximusque eſt*, cum traditionibus, teſtamentis, emptionibus, venditionibus, ſtipulationibus adjiciuntur. In legato aut venditione fundi, ſi memorata verba ceu lex ſive pactum apponerentur: ſignificabatur fundum pleno jure debere ad accipientem pertinere, ſicut nullus in eo aliquod jus haberet cujuscunque ſervitutis. d. l. 90. & 169. Sed ſi addebatur, trado tibi, vel tradatur, *uti optimus maximusque eſt, & per me jus fundi deterius factum non eſt*: tum non tenebatur venditor ob ſervitutes fundo ab aliis impoſi-

poſitas: quia ſubſequens ſpecialis clauſula, *per me jus fundi, &c.* præcedentem clauſulam generalem, *uti optimus, &c.* arctat. d. l. 126. l. quoties. C. fam. hercisc. l. quæſitum. de fund. inſtr.

Quod ſi teſtator unum tantum habeat fundum quem legavit, adjectis verbis, *uti optimus maximus, &c.* in eum fundum quamvis ſolum ea cadent verba. Sicuti ſupremæ tabulæ etiam illæ dicuntur, quæ ſolæ ſunt. Ratio eſt, quia ſuperlativa interdum pro poſitivis accipiuntur. d. l. 163. l. 1. de ſecund. tabul. Itaque.

Adjectio illa in traditionibus, &c. hoc ſignificat, ut fundus, ut ædes, liberæ ab omni ſervitute præſtentur, non ut ſervitutes eis debeantur. dd. ll. h. t. & l. penul. de Evict.

cum

cum l. 69. §. ſi fundus. de Leg. I.

Ad l. meorum. 91.

Iungatur l. pupillus. 239. §. verbum ſuum. 9.

Aperitur *meorum, tuorum, ſuorum* ſignificatio, quâ actiones quoque ſtringuntur. Ratio eſt, quia *meum, tuum, ſuum*, omnia bona deſignant, non ſolum corpora & res, ſed & actiones & quod in his eſt: ſive jure Dominii, vel quaſi dominii, ſive jure poſſeſſionis vel obligationis, ſit meum, tuum, ſuum: ſive commune cum aliis, ſive pignori aut hypothecæ datum. l. 18. cum l. ſeq. & l. 30. ad SC. Trebel. l. 7. cum prox. & 73. cū ſeq. de leg. 3. l. duo. de hered. acquir. l. ſervus communis. de Seru. ſti-

ſtipul. Donans ergò omnia ſua, resve omnes ſuas, generaliter; etiam nomina debitorum donaſſe intelligitur. d.l. 30. §. ſi quis, d.l. 18. ult. Altiat. hic.

Cum id autem quod cummune eſt, & meum, & tuum, & ſuum dici poſſit; nec tamen demonſtrari quæ pars ſit mea, tua, ſua. l. Pomponius. 8. de rei vind. l. 5. §. Labeo de Legat. I. l. 2. de Cond. Inſt. l. illud dubitationis. de ritu nuptiar. Ambiguitatis tollendæ gratia (quia ſuum denotat dominium. l. 27. & 34. de aur. & arg. leg.) quoties vel nos, vel judicem certum eſſe oportet, utrum de toto, an de parte agatur, adjici debet, *pro qua quisque parte ſuum* eſſe dicat. d. §. 9. l. 239. l. licet. de petit. heredit. l. 3. §. ult. juncta, l. 6. de rei vindit.

Ad l. proximus. 92.

Iungatur l. proximi. 155. l. in vulgari. 162. l. illa. 163. in fin.

Aperitur quid *proximus* & *ſupremus* ſignificent. *Proximus* præſupponere deberet poſitivum, quia eſt nomen ſuperlativum, ſed in jure tamen interdum obtinet vim poſitivi. Alciat. hic. Unde *proximus* non ſolum accipitur, qui ante aliquem eſt, ſed is etiam ante quem nemo eſt, quamvis ipſe ſolus ſit. dd. ll. 92. 155. & 162. l. ex duobus, 34. de vulg. & pupill. ſubſt. *Proximus* igitur *agnatus* dicitur, qui teſtatori ſic conjunctus eſt, ut eum nemo antecedat. l. 2. §. 3. de ſuis & legit. l. 1. §. proximus. Unde Cogn. Cujac. 10. Obſerv. 27. Nec refert, ſive nullum teſtamentum fa-

factum ſit; ſive factum quidem, ſed deſtitutum eſſe conſtet. d.l. 2. §. 4. & 5. de ſuis & legit. Hotom.

Supremus non is demum, qui poſt aliquem, ſed etiã poſt quem nemo ſit, & quem nemo ſequatur, intelligitur. d.l.34. de vulg. & pupil. l. 9. de reb. dub. & l.92. h. t. Unde *ſupremas tabulas* ſecundum quas ſe prætor bonorum poſſeſſionem daturum pollicetur, accipimus noviſſimas, poſt quas, aliæ nullæ factæ ſunt. Item illas, quæ ſolæ ſunt. l. 1. & pen. de ſecund. tab. d.l. 162. & 163. hic. Itaque in vulgari ſubſtitutione, qua ei, qui *ſupremus morietur*, heres ſubſtituitur, rectè heres ſubſtitutus etiam unico intelligetur. d.l.162. l.9. de reb.dub. Cum verò plures ſunt, ei qui noviſſimus deceſſerit, ex his ver-

verbis ſubſtitutus ſuccedet.l. 9. & 14.ad Leg. Falc. Brech. ad d.l.163.

Ad l. moventium. 93.

Iungatur l. mercis.66. in fin.

Aperitur *moventium* ac item *mobilium* appellatione idem indicari.d.l.93.& confundi hæc verba, l.32.§.fin. de Uſufr.leg.l.fin. de requir. vel obſ.damn.l.21.§.certè.de furt. Quare mobilibus legatis, venient & animalia: niſi appareat aliam fuiſſe defuncti mentem.tex. h.l.93.facit.l.15.§.in venditione.de re judic. Diſtinguuntur tamen ab invicem, nam propriè *moventia* dicuntur animalia, quæ per ſe moventur, ceu jumenta, pecora, &c. *Mobilia* verò in ſpecie, quæ anima carent, nec moventur, niſi

ab

ab alio, ceu veſtes, vaſa, &c. l. 2. de ſupel. leg. l. 1. de ædil. edict. l. ult. de Cond. tritic. l. 1. de tribut. act. l. un. C. de ſervit. l. pen. C. de jure dot. l. 1. C. de prætor. pign. l. un. de rei uxo. act. l. 2. de Conſt. pec. Novel. 112. cap. 1. dd. ll. 66. & 93. hic §. ab hoc 1. J. Vi bonor. raptor.

Mobilibus generaliter legatis, non veniet aurum & argentum: niſi de iis quoq; manifeſtè ſenſiſſe teſtatorem poſſit oſtendi. l. ſi chorus. 79. §. 1. de Leg. 3. Paul. 3. ſent. 6. & ibi Cujac.

Ad l. verbum reddendi. 94.

Iungatur l. nomis. 6. § final.

Aperitur verbum *reddendi* quamquam proprium habeat ſignificatum *retrò dandi*, & quod acce-

acceptum eſt reſtituendi. ut h. l. 94. & in l. 3. §. ſi quis ſervum. l. 39. §. ſi heres. de ſtatu. lib. aliquando tamen recipere ſignificatum *dandi*, ut in l. cum quidam uxori. de leg. 2. l. 93. & 100. de leg. 3. Quod non ex proprietate ſermonis, ſed ex interpretatione legis procedit. l. 1. §. 33. de poſ. *Ex legibus* autem ſic accipitur, quod ex mente legum eſt. d. §. fin. l. 6. h. t. l. 2. in fin. de leg. 2. l. 10. de leg. 3. *Reddere* igitur juſſus, etiam *dare* intelligetur juſſus. d. l. 100. in pr. & 93. §. 1.

Ad l. poteſt. 95.

Iungatur l. cæterorum. 160.

Aperitur *cæterorum* & *reliquorum* appellatione etiam omnia contineri.

Sic cum Titio ſervorum optio

legata eſt, *cæteris* Sempronio relictis: ſi Titius non optet, vel alio modo excludatur à legato; omnia ad Sempronium, non jure accreſcendi, ſed vi ipſorum verborum pertinebunt, d. l. 160. l. cum optio. 17. de opt. leg. Sic cum Titius in medietate inſtitutus eſt, & reliquo Sempronius, ſi Titius heres non ſit in univerſo, Sempronius heres erit: quaſi appellatione *reliqui* univerſitas denotetur; cum aliàs & propriè pars reſtans ſignificetur. l. idem quod. 17. §. 3. & l. qui non. 78. circa fin. de hered. inſtit. & à proprietate ſermonis, in dubio nunquam recedendum ſit. l. 2. C. de heredib. inſtit. Alciat. ad d. l. 95. Itaque hæ

Dictiones *cætera, reliqua*, ſicut & *amplius*, & *virilis pars* etiam de

toto

toto dicuntur: quod tamen non procedit, ubi ſcriptura, vel verba, de jure expreſsè requiruntur. Alciat. ad d. l. 160. Meminimus dicit. amplius ſupr. ad l. 82. & virilis partis. infr. ad. l. 145.

Ad l. littus. 96.

Iungatur l. littus. 112.

Aperitur ſignificatum ſubſequentium dictionum.

Littus dicitur quouſque maximus fluctus à mare pervenit. h. l. 96. Qualis eſt fluctus hibernus. §. eſt autem littus. J. de rer. divis. Et tale littus eatenus publicum dicitur. d. l. 112.

In lacu publico, ſive qui in uſu eſt publico, eatenus littus habetur publicum, quatenus hybernus fluctus maximus exæſtuat. In *lacu*

vero *privato*, ſive qui totus in uſu privati eſt, eatenus ſe littus extendit, quatenus actum eſt, d. l. 112. l. Rutilia. 69. de Contr. empt.

Lacus autem eſt in quem aquæ & flumina labuntur, ſed nullibi refluunt, ita ut ſemper ſtare videantur: vel ſi aqua tranſeat per mediũ lacum, ejus tamen hinc neq; augeatur neq; minuatur, neque palam effluere videatur. *Lacus* eſt quod perpetuam habet aquã, & dicitur *perpetuus*, etiamſi aliquando magnis caloribus exareſcat, l. 1. §. lacus, ut in flum. publ. l. lacus. de Acquir. rer. dom. l. 24. de aqua & aq. plu. l. 28. de ſerv. urb. præd. l. 27. de ſervit. urb. præd. Et in hoc diſtinguitur *à ſtagno*, quod temporalem aquam tenet, dd. ll. Connan. lib. 4. c. 9.

Littus

Littus maris eſt, *ripa* fluminis. *Ripa* eſt quæ flumen continet naturalem curſus ſui rigorem tenens. l. 1. de flumin. ſive quæ pleniſſimum flumen continet. l. pen. eod. *Fluminum* quædam ſunt *perennia*, quod ſemper fluant, quædam *torrentia*, quod tantum hyberno tempore. Si tamen aliquo tempore exaruit, quod perenne fluebat, equidem perenne vocabitur: ceu dictum eſt de lacu perpetuo. d. l. 1. de flum. *Flumina* ſunt, vel *publica*, quæ perennia ſunt: vel *privata*, quæ eorum ſunt in quorum prædiis fluunt. l. 1 §. 3. eod. §. præterea. J. de rer. divis.

Ad l. cum ſtipulamur. 97.

Aperitur *Quanta* quid importet. *Quanta* non ad numeratio-

nem tantum, ſed ad corpora quoque pertinet. Nam cum ſtipulamur: *quanta* pecunia ex hereditate Titii ad Te pervenerit; vel *quanta* pecunia ad me dotis nomine pervenerit: tam quæ in quantitate, *quam quæ in corpore* conſiſtunt, comprehenduntur. l. concubinam. l. 95. de leg. 3. l. 42. de leg. 2. l. 2. de hered. vend. l. 50. de V.O. Hinc ait lex. h. 97. res ipſas, quæ pervenerunt, non pretia earum ſpectare videmur.

Ad l. cum biſſextum. 98.

Aperitur cum *Biſſextum Kalendis eſt*, nihil referre utrum priore an poſteriore die quis natus ſit: nam id biduum pro uno die habetur, l. 3. §. minorum, & ibi Bart. de Mi-

Minor. Nomen autem inde invenit, quod duobus continuis diebus, bis dicimus VI. Kalend.Mart. duos dies pro uno computantes.

Menſis autem *intercalaris* eſt Februarius, cui quarto quoque anno dies unus inſeritur,&conſtat ex 29. diebus, alias ex diebus viginti octo. §.2. h.l.98.

Ad l. notionem. 99.

Aperitur *notionem* accipi poſſe, & pro cognitione, & pro jurisdictione, nimirum in latiſſima ſignificatione :: quia *notio* nihil aliud eſt, quàm quælibet cauſæ cognitio, ſive ea jure Magiſtratus. expediatur, ſive absque jurisdictione, h.e. ſine jure Magiſtratus. tex. hic. Duar. & alii ad l. ait præt.15. de re jud.

Cognitio ſaltem ea cauſarum notio eſt, quæ jure Magiſtratus vi

juriſdictionis exercetur. Itaque omnes, qui habent cognitionem, habent etiam notionem: ſed non è contra.d.l.15. juncta.l.ſolent. de offic. proconſ.Gædd.hic.

Iuriſdictionem habent, qui juri dicundo præſunt, qui vel ipſi extra ordinem cognoſcere, vel judices dare, jubereque judicare poſſunt. dd.ll.

Ad l. 99.§.1.& 2.

Aperitur quæ vocentur *inſtrumenta*, & quæ *provinciæ* continentes.

Inſtrumenta, vel ſunt ſcripturæ, quibus cauſa probari poteſt, vel perſonæ quæ teſtimonio judicem inſtruere poſſunt.l 1. de fide inſtr. d.§.2.l.99. jungantur quæ ſupr.ad l.56. Pro his producendis, & *ex*

pro-

provinciis ab Italia remotis petendis cum major dilatio daretur, declaratur in d. §. 1. l. 99. *remotas* eſſe, quæ Italiæ conjunctæ non ſunt, ſed per notabile mare, aut provinciam aliam disjunguntur; ut Aſia, Aphrica: è contra verò quæ modico freto Italiæ dividuntur, ut Gallia & Sicilia, *continentes* vocantur, l. 1. C. de Dilat. l. 7. de Feriis.

Ad l. ſpecioſas. 100.

Aperitur *ſpecioſas perſonas*, vocari perſonas clariſſimas, & quæ ornamentis ſenatoriis utuntur, h. l. 100.

Dignitatum nomina quatuor in jure reperiuntur, illuſtres, ſpectabiles, clariſſimi, perfectiſſimi. l. 1. C. de Præf. Dignit. Novell. 71.

Clariſſimi erant Senatores, qu
inter aliquis erat gradus, nam p
mi ordines Senatorum diceba
tur illuſtres, ſecundi ſpectabiles
tertii clariſſimi, d. N. 71. & l. ult.
Senator. *Illuſtres* erant, qui ex S
natoribus majores Magiſtratus g
rebant, ceu Conſulatum, præfect
ram prætorio, &c. *Spectabiles* e
rant, qui vel à Senatu ſortitò d
legebantur, ceu Proconſules; v
à Principe ex Senatu alio titulo a
provincias, aut militiam regen
dam mittebantur, ceu comites
conſiſtoriani, &c. Functi iis offi
ciis clariſſimi ſimpliciter diceban-
tur. l. un. C. de præpoſ. labor. lib
12. Hi omnes habebant ſua orna-
menta. Gerebant enim Senatores
latum clavum, Conſules trabeam
veſtem, &c. l. fin. C. ut dignit. ord.
ſer.

ſer.lib.11. *Specioſi* iſti omnes vocabantur, ac item eorum feminæ, quæ maritorum dignitate illuſtrantur.l. de Senator.Hinc ait lex noſtrâ, *clariſſimas perſonas utriusque ſexus ſpecioſas vocari. Perfectiſſimi* erant, qui nec ex Senatu, nec ex equeſtri ordine ad dignitates aſſumebantur.l.1.C.de perfect. dign. lib.11.Alciat.Corvin.

Ad l. inter ſtuprum.101.

Aperitur in Lege Julia de Adulteriis, verbum *ſtupri* & *adulterii* indifferenter accipi: etſi *ſtuprum generaliter* acceptum, ſit coitus lege vetitus: *adulterium* verò coitus cum nupta honeſta. l.22.&29. C.de adult.

legata eſt, *cæteris* Sempronio rel
ctis: ſi Titius non optet, vel ali
modo excludatur à legato; omn
ad Sempronium, non jure accr
ſcendi, ſed vi ipſorum verborum
pertinebunt, d. l. 160. l. cum optio
17. de opt. leg. Sic cum Titius i
medietate inſtitutus eſt, & reliqu
Sempronius, ſi Titius heres non
ſit in univerſo, Sempronius her
erit: quaſi appellatione *reliq*
univerſitas denotetur; cum aliàs
propriè pars reſtans ſignificetur.
idem quod. 17. §. 3. & l. qui non. 7
circa fin. de hered. inſtit. & à pr
prietate ſermonis, in dubio nu
quam recedendum ſit. l. 2. C. d
heredib. inſtit. Alciat. ad d. l. 9
Itaque hæ

Dictiones *cætera*, *reliqua*, ſic
& *amplius*, & *virilis pars* etiam

to

toto dicuntur: quod tamen non procedit, ubi ſcriptura, vel verba, de jure expreſsè requiruntur. Alciat. ad d. l. 160. Meminimus dicit. amplius ſupr. ad l. 82. & virilis partis. infr. ad. l. 145.

Ad l. littus. 96.

Iungatur l. littus. 112.

Aperitur ſignificatum ſubſequentium dictionum.

Littus dicitur quouſque maximus fluctus à mare pervenit. h. l. 96. Qualis eſt fluctus hibernus. §. eſt autem littus. J. de rer. divis. Et tale littus eatenus publicum dicitur. d. l. 112.

In lacu publico, ſive qui in uſu eſt publico, eatenus littus habetur publicum, quatenus hybernus fluctus maximus exæſtuat. In *lacu*

vero *privato*, ſive qui totus in u
privati eſt, eatenus ſe littus exte
dit, quatenus actum eſt. d. l. 112.
Rutilia. 69. de Contr. empt.

Lacus autem eſt in quem aqu
& flumina labuntur, ſed nullibi r
fluunt, ita ut ſemper ſtare videa
tur: vel ſi aqua tranſeat per med
lacum, ejus tamen hinc neq; aug
atur neq; minuatur, neque pala
effluere videatur. *Lacus* eſt quc
perpetuam habet aquã, & dicit
perpetuus, etiamſi aliquando m
gnis caloribus exareſcat. l. 1. §. l
cus, ut in flum. publ. l. lacus. de A
quir. rer. dom. l. 24. de aqua & a
plu. l. 28. de ſerv. urb. præd. l. 27. c
ſervit. urb. præd. Et in hoc diſti
guitur *à ſtagno*, quod temporale
aquam tenet. dd. ll. Connan. li
4. c. 9.

Litt.

Littus maris eſt, *ripa* fluminis. *Ripa* eſt quæ flumen continet naturalem curſus ſui rigorem tenens. l. 1. de flumin. ſive quæ pleniſſimum flumen continet. l. pen. eod. *Fluminum* quædam ſunt *perennia*, quod ſemper fluant, quædam *torrentia*, quod tantum hyberno tempore. Si tamen aliquo tempore exaruit, quod perenne fluebat, equidem perenne vocabitur: ceu dictum eſt de lacu perpetuo. d. l. 1. de flum. *Flumina* ſunt, vel *publica*, quæ perennia ſunt: vel *privata*, quæ eorum ſunt, in quorum prædiis fluunt. l. 1 §. 3. eod. §. præterea. J. de rer. divis.

Ad l. cum ſtipulamur. 97.

Aperitur *Quanta* quid importet. *Quanta* non ad numeratio-

nem tantum, ſed ad corpora quoque pertinet. Nam cum ſtipulamur: *quanta* pecunia ex hereditate Titii ad Te pervenerit: vel *quanta* pecunia ad me dotis nomine pervenerit: tam quæ in quantitate, *quam quæ in corpore* conſiſtunt, comprehenduntur. l. concubinam. l. 95. de leg. 3. l. 42. de leg. 2. l. 2. de hered. vend. l. 50. de V.O. Hinc ait lex. h. 97. res ipſas, quæ pervenerunt, non pretia earum ſpectare videmur.

Ad l. cum biſſextum. 98.

Aperitur cum *Biſſextum Kalendis eſt*, nihil referre utrum priore an poſteriore die quis natus ſit: nam id biduum pro uno die habetur, l. 3. §. minorum, & ibi Bart. de

Mi-

Minor. Nomen autem inde invenit, quod duobus continuis diebus, bis dicimus VI. Kalend. Mart. duos dies pro uno computantes.

Menſis autem *intercalaris* eſt Februarius, cui quarto quoque anno dies unus inſeritur, & conſtat ex 29. diebus, alias ex diebus viginti octo. §. 2. h. l. 98.

Ad l. notionem. 99.

Aperitur *notionem* accipi poſſe, & pro cognitione, & pro jurisdictione, nimirum in latiſſima ſignificatione: quia *notio* nihil aliud eſt, quàm quęlibet cauſæ cognitio, ſive ea jure Magiſtratus expediatur, ſive absque jurisdictione, h. e. ſine jure Magiſtratus. tex. hic. Duar. & alii ad l. ait præt. 15. de re jud.

Cognitio ſaltem ea cauſarum notio eſt, quæ jure Magiſtratus vi

jurisdictionis exercetur. Itaque omnes, qui habent cognitionem, habent etiam notionem: ſed non è contra.d.l.15. juncta.l.ſolent. de offic. proconſ.Gædd.hic.

Iurisdictionem habent, qui juri dicundo præſunt, qui vel ipſi extra ordinem cognoſcere, vel judices dare, jubereque judicare poſſunt. dd.ll.

Ad l. 99.§.1.& 2.

Aperitur quæ vocentur *inſtrumenta*, & quæ *provinciæ* continentes.

Inſtrumenta, vel ſunt ſcripturæ, quibus cauſa probari poteſt, vel perſonæ quæ teſtimonio judicem inſtruere poſſunt.l 1. de fide inſtr. d.§.2.l.99. jungantur quæ ſupr.ad l.56. Pro his producendis, & *ex pro-*

provinciis ab Italia remotis petendis cum major dilatio daretur, declaratur in d. §. 1. l. 99. *remotas* eſſe, quæ Italiæ conjunctæ non ſunt, ſed per notabile mare, aut provinciam aliam disjunguntur; ut Aſia, Aphrica: è contra verò quæ modico freto Italiæ dividuntur, ut Gallia & Sicilia, *continentes* vocantur, l. 1. C. de Dilat. l. 7. de Feriis.

Ad l. ſpecioſas, 100.

Aperitur *ſpecioſas perſonas*, vocari perſonas clariſſimas, & quæ ornamentis ſenatoriis utuntur, h. l. 100.

Dignitatum nomina quatuor in jure reperiuntur, illuſtres, ſpectabiles, clariſſimi, perfectiſſimi. l. 1. C. de Præf. Dignit. Novell. 71.

Clarisſimi erant Senatores, quos inter aliquis erat gradus, nam primi ordines Senatorum dicebantur illuſtres, ſecundi ſpectabiles, tertii clariſſimi, d. N. 71. & l. ult. de Senator. *Illuſtres* erant, qui ex Senatoribus majores Magiſtratus gerebant, ceu Conſulatum, præfecturam prætorio, &c. *Spectabiles* erant, qui vel à Senatu ſortitò delegebantur, ceu Proconſules; vel à Principe ex Senatu alio titulo ad provincias, aut militiam regendam mittebantur, ceu comites conſiſtoriani, &c. Functi iis officiis clariſſimi ſimpliciter dicebantur. l. un. C. de præpoſ. labor. lib. 12. Hi omnes habebant ſua ornamenta. Gerebant enim Senatores latum clavum, Conſules trabeam veſtem, &c. l. fin. C. ut dignit. ord.

ſer.

ſer.lib.12. *Specioſi* iſti omnes vocabantur, ac item eorum feminæ, quæ maritorum dignitate illuſtrantur.l. de Senator. Hinc ait lex noſtrâ, *clariſſimas perſonas utriusque ſexus ſpecioſas vocari. Perfectiſſimi* erant, qui nec ex Senatu, nec ex equeſtri ordine ad dignitates aſſumebantur.l.1.C.de perfect. dign. lib.12.Alciat.Corvin..

Ad l. inter ſtuprum.101.

Aperitur in Lege Julia de Adulteriis, verbum *ſtupri* & *adulterii* indifferenter accipi: etſi *ſtuprum generaliter* acceptum, ſit coitus lege vetitus: *adulterium* verò coitus cum nupta honeſta. l.22.& 29. C.de adult.

Ad §. 1. d. l. 101.

Iungatur l. inter. 191. l. cum quærebatur. 240.

Aperitur *Divortium* propriè dici, cum inter virum & uxorem fit ſeparatio. *Repudium* verò cum ſponſus à ſponſa dirimitur. Inter divortium & repudium hoc intereſt, quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non rectè autem ſponſa divertiſſe dicitur. d. l. 191. Confunduntur tamen hæc vocabula. l. ſi qua. de ritu nupt. l. quod ſervus. de Condict. ob turp. cauſ.

Cum *ſoluto matrimonio dotem reddi* ſtipulamur, id ſtipulari videmur, ut nullo caſu dos apud maritum remaneat: ſive morte, ſive divortio, ſolvatur matrimonium.

d. l.

d.l.240. l. 1. de divort. & repud.l. 14. Qui & à quib.

Ad §. 2. d. l. 101.

Iungatur l. morbus, 113.

Aperitur quid *morbus, ſonticus, vitium.*

Morbus & ægrotatio eſt temporalis corporis imbecillitas, ex conquasſatione & perturbatione valetudinis nata : & eſt vel in toto corpore, veluti tabes, febris : vel in parte corporis, veluti chiragra, cæcitas, d.§. 2. hic l. 1. §. ſciendum. de ædil. edict.

Morbus ſonticus eſt, qui perpetuò nocet, & cujusque rei agendæ impedimento eſt. d. l. 113. l. 2. §. ſi quis. D. ſi quis cau. jud. ſiſt. l. quæſitum. 60. de re judic. veluti comi-

comitialis ſive epilepſia. Sontico qui laborant, nec in jus venire, nec mittere procuratorem coguntur: ſecus de aliis. d. l. 2. §. ſi quis.

Vitium eſt perpetuum corporis impedimentum integra valetudine, ceu ſi quis ſit luſcus, ſtrabo, balbus, d. §. 2. l. 101.

Ad l. derogatur.

102.

Aperitur, quid legi *abrogare*, aut *derogari*. Lex dicitur *rogari* cum fertur: *abrogari*, cum prior lex, vel expreſſe per aliam legem, vel tacitè per conſuetudinem tollitur: *derogari*, cum pars prima tollitur: *ſubrogari*, cum quid primæ adjicitur: *obrogari*, cum aliquid ex prima mutatur. h. l. 102. l. 32.

l.32. de LL. Ulp. Inſt. t. 11. Briſſon. & Gædd.

Ad l. licet, 103.

Aperitur *capitalis* nomine, latinè loquentibus, omnes quidem cauſas exiſtimationis venire: ſed tamen & illas intelligi, ex quibus mors naturalis, vel civilis, ſive amiſſio civitatis contingit. l.13. de bon.poſſ. l.2. de pœnis. l.4. ſi quis caution. l.10. de Jure patr. Quia per eam & damnatus capite, & civitas uno capite privatur.

Cum ſit mentio pœnæ capitalis, in dubio, de mitiori, non tamen de contemptibili intelligitur. l. interpretatione. l. ſi præſes. de pœn. l. 1. & ibi. Glo. C. ne Chriſt. mancip. Quia pœnæ delicto eſt commenſuranda, l. ſancimus. C. de pœn.

Ad

Ad l. dimiſſoriæ, 106.

Aperitur *dimiſſorias literas*, vulgò *Apoſtolos* vocari, ſcilicet ab 'Αποστέλλω, quod eſt remitto.

Sunt autem *Apoſtoli* (ut ait Briſſon.) libelli dimiſſorii, ſeu litteræ, quæ ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione eſt cogniturus, dantur teſtandæ appellationis cauſa. Quæ & *dimiſſoriæ* literæ dicuntur, quod per eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt dimittitur. l. 1. de lib. dimiſ. l. 9. de Jur. Fiſc. Itaque Apoſtoli literæ ſunt teſtimoniales de facta appellatione teſtificantes. Et ſunt varii.

Conventionales, quando pars admittit appellationem. *Dimiſſorii* per quos apparet, quod judex de-

detulit appellationi. *Refutatorii*, per quos apparet, quod judex non defert appellationi. *Reverentiales* ſive reverendi, quando ob reverentiam ſuperioris defertur appellationi. *Teſtimoniales*, de quibus jam dictum eſt.

Ad l, ſequeſter, 110.

Aperitur quis dicatur *ſequeſter*: olim ſculna, & ſeculna: is eſt apud quem plures eandem rem, de qua controverſia eſt deponūt. h. l. 110. *Sequeſtratio* eſt ſpecies depoſiti. Dividitur in *conventionalem* quæ partium conſenſu fit: & in *Iudicialem*, quæ Magiſtratus auctoritate, parte ſive utraque, ſive alterutra invita fit. l. 5. 17. & ibi. Bart. Depoſ. l. un. C. de proh. ſeq. pec. interpp ad §. fin. J. Quib. mod. re cont. oblig.

Per

Per ſequeſtrationem, nec proprietas, nec poſſeſſio rei depoſitæ adimitur deponenti, ſed apud eũ remanet. Cum res autem litigioſa deponitur, tranſit poſſeſſio in ſequeſtrem, nec apud collitigatores remanet. Niſi expreſſe aliter conventum, vel mandato judicis facta ſit ſequeſtratio, ut per Bart. circa. d.l. licet. 17. Depoſ. & l. intereſſe. 39. de Acquir. vel amit. poſſ.

Ad l. cenſere, 111.

Aperitur, quid *cenſere* & *cenſor*. *Cenſere* eſt conſtituere & præcipere.

Unde dicere ſolemus: cenſeo ut hoc facias: & Senatum aliquid cenſuiſſe. l. item § pridie. de petit. hered. §. Sctum. J. de J. N. G. Unde cenſoris nomen videtur eſſe tractum.

ctum. Pro arbitrari quoque ponitur. Unde *cenſores* dicti, ad quorum ſenſionem, id eſt, arbitrium cenſetur populus. Hinc *cenſiti*, quorum res eſt deſtinata certâ quâdam ſententiâ, & per eã in claſſem ſuam redacti.

Qui etiam *opicenſi*, id eſt, opibus cenſiti dicebantur: *& capite cenſi*, qui nullo aut parvo ære cenſebantur. tit. de agr. & cenſ. C. lib. XI. & t. In quib. cauſ. coll. cenſ. dom. accauſ. poſſ. C. eod.

Ad l. hoſtes. 118.

Iungatur l. quos nos. 234. l. itinere. 3. §. ejus qui. 1.

Aperitur *hoſtes* eſſe, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decrevimus. h. l. 118. Gregor. Tholoſ. 11. de Republ. Hos veteres *perduelles*

elles appellabant. d.l.234.h.t. quod ex æqua cauſa pugnã adeant. *Duellum* enim pro bello dicebatur,& duellare pro bellare. Hinc qui hoſtili animo in Rempublicam aut Imperatorem eſſet, *perduellionis judicio* tenebantur. l. fin. ad Leg. Jul. Majeſt.

Cæteri qui belligerantur *latrones* aut *prædones* ſunt. d. l. 118. Quare ab his capti, aut detenti, nec ſtatum mutant, nec poſtliminio opus habent: ſecus verò illi qui ab hoſtibus capiuntur, & detinentur. l. 13. Qui teſtam. fac. l. 19. §. à piratis. de capt. & poſtlim. rever. l. hoſtes. 24. eod.

Poſtliminium eſt jus amiſſæ rei recuperandæ ab exteris, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos ac liberos omnes populos Re-

gesq;

gesque moribus ac legibus conſtitutum. l.19. de cap. & poſtlim. rever. & §. ſi quis ab hoſtibus. 5. J. Quib. mod. jus pat. pot. ſol.

Ex prædictis explicatur. d. §.1.l. 3. h.t. Quod ejus qui apud hoſtes deceſſit, dici hereditas non poteſt, quia ſervus deceſſit: ceu ſupr. ad l. 24. in fine dictum eſt: nempe ſi apud hoſtes teſtamentum fecerit, §. ult. J. Quib. permiſſ. non eſt fac. teſtament. Sed ſi fecerit in civitate, & ab hoſte redierit, valebit teſtamentum jure poſtliminii. Si verò deceſſerit apud hoſtes, valebit ex lege Cornelia, quæ fingit illum nunquam fuiſſe in ſervitute. d. §. ſi quis ab hoſtibus. J. eod. l. 1. &. 9. C. de poſtl. rever. l. lex Cornelia. 28. de vulg. & pupil. Qui enim ab hoſtibus capiebantur, *maximam capitis diminutionem*

patie-

patiebantur, nempe amitteban
patriam, & poteſtatem bonorum
& fiebant inteſtabiles. d. §. ult. J. l.
de ſtatu hom. Quia ſervitus mo
talitati aſſimilatur. l. ſervitutem
208. de R. J. l. interdicit. circa. fi
de cond. & demon.

Ad l. verbis. 120.

Aperitur verbis Leg. XII. tab
Uti legaſſit ſuæ rei, ita jus eſto: l
tiſſimam poteſtatem videri trib
tam, & heredis inſtituendi, & le
gata, & libertates dandi, tutela
quoque conſtituendi: ſed id inte
pretatione coanguſtatum eſſe, v
legum, vel jura conſtituentium
auctoritate. h. l. 120. Nimirum
lege Falcidia. D. & C. ad leg. Fa
Voconia. §. 2. J. De ſucceſ. liber
FuſiaCaninia. J. de leg. fuſ. can. to
Æl

Ælia ſentia. Inſt. Quib. ex cauſ. manum. non lic. Senatusconſulto Pegaſiano & Trebelliano. D. eod. & ibi. DD. Illud obſervandum.

Legandi verbum olim latæ ſignificationis fuiſſe, ſed hodie ad ſolas donationes poſt mortem ab herede præſtandas referri. Vigl. ad t. J. de teſtam. ordin. n. 33. *Legare* enim eſt teſtamento aliquid relinquere. patet ex tit. de Legat. 1 2. 3.

Ad l. uſura. 121.

Aperitur, quod *uſura* pecuniæ non eſt in fructu (qui fructus ſupr. ad l. 77.) quia non naturaliter ex re, ſive ex corpore oritur, ſed extrinſecus ex alia cauſa provenit. h. l. 121. Debetur enim vel ex mutuo, contra naturam gratuiti contractus, & vocatur *fænus*. l. præſidis.

24. de reb. cred. Vel propter moram debitoris non ſolventis, & vocatur *pœna*. l. lecta. 40. de reb. cred. Vel ad compenſandum creditoris juſtum *intereſſe*, & licita eſt. l. eum qui. 60. Pro ſoc. l. ſi commiſſa. Rat. rem hab. Forcat. Necyom. dial. 41. Cæterum *uſuræ* divino & humano jure prohibitę ſunt: prout Socinus fuſiſſimè ad t. Decretal. de Uſuris.

Ad l. nepos. 125.

Aperitur. quomodo intelligantur verba: *cum poterit*, vel *commodum* erit, vel *commodiſſimum*. Veluti ſi quis ſub illis verbis *dotem* promiſerit, non ſtatim debebitur nuptiis ſecutis, ſed expectandum erit, ut ſocerus id poſſit, ſalva dignitate, & ære alieno deducto. l. avus.

avus.78.§.1.deJur.dot. Illud enim dicimur poſſe, quod *commodè facere*,& ſalva dignitate poſſumus.l. in ambiguo,& ibi DD.de reb.dub. Quare cum primum incipit juſtè poſſe,primùm incipit teneri.l.fin. de Cond. inſt. l. 29. de Cond. & Demon.l.29. quand. dies leg.

Ad l.ſpadonum.128.

Aperitur *ſpadonum* generalem eſſe appellationem. Comprehendit enim ſub ſe omnes,qui natura, arte, morbo, vel alio eventu ad procreandam ſobolem inhabiles ſunt. *Natura*,ut qui naſcuntur ſine teſtibus, aut virilitate. *Arte* ut quibus exſecti ſunt teſtes, quales *caſtrati*: vel attrici,quales *thlibiæ*: vel confracti, quales *thlaſiæ*. *Morbo*, uti qui teſticulis non

carent, ſed propter morbum, aut frigiditatem, liberis dare operam non poſſunt, quales *ſpadones*. Hi quia remoto, quo laborant impedimento liberos ſuſcipere poſſunt: etiam matrimonium contrahere, adoptare, heredem inſtituere, poſſunt. Sed caſtrati, ectomiæ, eunuchi, & quicunque tales ad procreandum inhabiles, nec inire matrimonium, nec adoptare quenquã, nec inſtituere poſthumum poſſunt. Utrisque tamen teſtandi facultas permiſſa eſt. l. ſi ſerva. 39. de Jur. dot. l. 2. circa fin. cum l. 40. ſub fin. de adopt. l. 6. de lib. & poſthum. l. ſed eſt quæſitum. de heredib. inſt. l 5. C. Qui teſt. fac. poſ. § ſed & illud. J. de adoption. l. ſpadonum. l. hi quoque. ad l. Cornel. de ſicar. Cujac. 17. Obſ. 24. Gædd. hic

A

Ad l. qui mortui. 129.

Aperitur, quod qui *mortui naſcuntur*, neque nati, neq; procreati videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt. h.l. 129. & *abortus*, vel abactus venter partum efficere non videtur. Undè ſi quæ ventris nomine miſſa ſit in poſſeſſionem, *abortu* facto finitur miſſio. l. 1. circa fi. de Vent. in poſſ. mitt. Unde & *abortivus*, vivus quidem, ſed fortè ante ſeptimum menſem natus, ſic ut ſecundum naturam vivere non poſſit, non rumpit teſtamentum: non ſecus ac ille, qui mortuus natus eſt. l. 23. C. de poſth. hered. inſtit. Socin. ad l. cum avus. de Cond. & dem. Nihil enim intereſt, vel naſcatur mortuus quis, vel natus moriatur. l.

Dominus teſtamento. & ibi Glo. eod. l.promiſſor hominis. de conſtit,pecun.

Ad l. aliud fraus.131.

Iungatur l.ſi qua pœna. *244.*

Aperitur quid *fraus*, *pœna*, *mulcta*.

Fraudis latiſſima eſt ſignificatio: omnem enim factum culpabile, & quicquid afficit damno, deſignat. Sic aliquando eſt *deceptio*, cum quis perſuaſione falſa in errorem adducitur. Aliquando *dolus* cum aliud agitur,aliud ſimulatur. Aliquando *damnum* aut *incommodum*.l.33.Ex quib.cauſ.maj. l.1. de alien. judic. mut. l.1. §.3. ad leg. Falc. l. 1. §. vendidit. de Act. emp.l.ſi dolo. C.de reſcind. vend. l.1.

l. 1. de dol. mal. l. 7. §. dolo. de pact. l. 3. in fin. Pro Socio.

Pœna quoque latiſſima eſt ſignificatio. Deſignat enim quamlibet coercitionem & noxæ vindictam. d. l. 131. §. fi. J. de Legat. Uſuram. l. qui ſine. de neg. geſt. l. lecta. de reb. cred. Mulctam. l. tutor qui. §. idem. de admin. tut. Intereſſe. l. ult. do eo quod cert. loc. l. noviſſima. de Jud. culpam. l. ult. de fidejuſſ. Condemnationem expenſarũ & quicquid extra rei perſecutionem eſt. l. 2. circa fin. de tut. & rat. diſtr. l. 12. Si quis omn. cauſ. teſt. l. 25. Quæ in fraud. credit. l. 5. §. ult. de Publician. §. ex maleficiis 18. J. de Act.

Fraus apud veteres ſumebatur pro pœna, ut ſcribit Servius in XI. Æneid. & Ulpian. in l. cum

autem. §.2. de ædil. edict. Diffe-
runt tamen, quia ut ait idem Ulp.
hic: Fraus ſine pœna eſſe poteſt:
pœna ſine fraude eſſe non poteſt.
Hoc eſt dicere: quod etſi omnis
fraus afferat damnum, aliqua ta-
men interdum impunita eſſe pot-
eſt: quia aut delicti forma abeſt,
aut nulla lex fraudem vindicet.
Sed pœna ſine fraude nequit eſſe,
quoniam eſt fraudis commenſu-
ratio, ſeu delicti æſtimatio, ſeu no-
xæ vindicta & expiatio criminis.
Ergò illud cujus eſt menſura, æſti-
matio, vindicta & propter quod
infligitur, præſupponit. d. l. 131.
Sancimus. l. Sanctio. C. de pœnis.
Pœna enim peccatum ſequitur, uti
lepra leproſum. l. fin. de noxal. act.
l. 1. C. eod. § 1. J. de nox. act. Ubi
culpa non eſt, nec pœna exiſtit.

at ubi alia eſt, & hanc eſſe oportet.

Fraus & crimem ipſum, criminiſque pœnam ſignificat. Quapropter inquit Lex noſtra: Fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio. Quia delictum noxale ſibi pœnam creat, & fraudem capitalem admittere, idem eſt, quod crimen capitale. Connan. lib. 5. cap. 6. Gœdd. hic. Unde cauſæ capitales, ſupr. ad leg. 103.

Mulcta & pœna idem ſunt, ceu loquitur Labeo in d. l. 244. nimirum inſpecta vocabuli origine: nam mulcta oſcè pœnam ſignificat. Feſt. lib. XI. Hinc verba legis intelliguntur: ſi qua pœna eſt, mulcta eſt; ſi qua mulcta eſt, pœna eſt. Sed inſpecto loquendi more apud

Jctos uſitato, differunt inter ſe in
ſequentibus prout advertit Gædc
hic. Et I. Pœna genus eſt, mu
cta ſpecies: ideoque omnis mu
cta pœna eſt, at non omnis pœn
mulcta. Etenim quicquid mor
culpam, delictum, vel temerita
tem coërcet, pœnam appellamu
at idem de mulcta affirmare no
licet. II. Mulcta hodie eſt ſpec
alis peccati pecuniaria duntaxat
pœna, & in ſola pecunia conſiſti
Pœna non ſolum eſt pecuniaria
verum exiſtimationis, capitalis
& ſi quæ alia corporalis coërc
tio. III. Mulcta damnum fam
damnato non infert. Pœna
delicti, reo non non ignomin
am afferre. Eſt enim omnis in
famia juris pœna, non mulcta.
IV. Mulcta proprio mulctantis
arb

arbitrio, ſine omni juris neceſſitate, vel authoritate infligitur. Secus eſt in pœna, quæ qualiscunque ſit, nequaquã punientis arbitrio mero executioni traditur; ſed legis, Scti conſtitutionis, edictive autoritate, & juſſu infligitur. Pœnæ enim certæ ſingulorum peccatorũ ſunt, non verò mulctæ. dd. l. 131. & 244.

Ad l. Anniculus. 132.

Iungatur l. anniculus. 134.

Aperitur quis *anniculus* dicatur, nimirum ille, qui vixit usque dum illuxit ultimus anni ſui dies, etiãſi nondum eſt completus. Etenim non ſtatim, ut quis natus eſt, ſed trecenteſimo ſexageſimo quinto die (anno ſcilicet perfecto) inci-

piente planè, non exacto, annicu-lus dicitur.

Quia annum civiliter, non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus. d.l.134. Connan. lib. 3. cap.12. Hinc anniculus dicitur mori, qui extremo anni die moritur, d.l.132. & ibi Gothofr.

Dies ultima cœpta pro completa habetur in favorabilibus, l. & ideò. de uſucap. l. atque ætate. Qui teſtam. fac. poſ. l.1. de manumiſſ. Sed non in odioſis. l.3. §. minorem. de Minor. l. in omnibus. de O. & A. l. 1. C. ad Carbon. edict. quia de momento in momentum facienda eſt computatio. §. qui hoc año. 26. de Inutil. ſtipul.

Ad l. ſi quis. 133.

Aperitur *intra diem mortis*, numerari ipſũ quoq; diem, quo quis

mor-

mortuus eſt. Sic *intra dies centum* ipſa dies centeſima continetur. Quia vulgaris eſt regula: Quod dies termini, eſt in ipſo termino. l. 1. §. ſi intra. de ſucceſſ. edict. l. pater. ad leg. Jul. de adult. l. in illa. l. eum qui. l. ſtipulationes. de V. O. Bal. circa. l. duobus. §. ſed ſi quis Com. de leg. Triaquell. de utraque rectat. gloſ. 11. num. 9. Quippe

Intra eſt nota incluſionis. d. l. 1. §. quod diximus. de Succeſſ. edict. Interdum tamen eſt nota excluſionis, ut in l. qui Romæ. §. Callimacus, de V. O.

Ad l. Generi, 136.

Aperitur Generi appellatione, & neptis & proneptis, tam ex filio, quam ex filia editorum, cætera-

rumq; maritos contineri. Exten
titur hæc appellatio etiam ad pro
generum. l. Gallus.§.forſitan.de
lib.&poſth. Quæ quidem inter
pretatio valet in edicto de poſtu
lando : non vero in edicto de in
famia.l.3. de poſtul.l.1. & 8. de hi
qui not. inf.

Ad l. libro.144.

Aperitur *pellicem* apud Roma
nos eam habitam, quæ cum uxo
non eſſet, cum aliquo tamen vi
vebat: eam nunc verò nomine
amicam, paulò honeſtiore *concu*
binam vocari.

Ad l. virilis. 145.

Aperitur *virilis* appellatio ad
quod referatur: & quidem ad ſin
gulas & *æquales partes*, pro nume
ro per-

ro perſonarum, ut tot fiant, quot ſunt perſonæ. Ut cũ dicimus heredes vel plures una ac eadem obligatione, teneri *pro virili*, l. un. §. ſin autem C. de caduc. tollen. l. 7. de fidejuſ. tut. l. 1. §. & ſi quidem, de tur. & rat. diſtr. l. 54. §. fin. de Leg. I.

Sed quandoque ad totum, ac reliquum refertur. Ut cum duo in partes æquales inſtituti ſint, altero eorum mortuo, vel qui ejuravit hereditatem, totum accreſcet alteri. Sic *virilis appellatio totam* hereditatem contiuet. d. l. 145. l. 2. C. de hered. Inſtit. Brech. hic.

Ad l. ſoceri. 146.

Aperitur *ſoceri* & *ſocrus* nomine, qui demonſtrentur: & communiter pater viri & uxoris: mater

ter verò eorum ſocrus appellatu

Soceri & ſocrus appellatio non ſolum matrimonio, ſed etian ſponſalibus acquiritur: & ea ux ris vel mariti avus, avia, proavu proavia & ulteriores continentu h.l.146.l.4.de gradib.affin.l.8.d gradibus.adgn.l.3.§.1.de poſtu Brech. hic.

Ad l. non eſt. 148.

Iungatur l.nam quem.149.l.liberorum.220. §.2.

Aperitur *non eſſe ſine liberis ſ liberos habere*, cui unus filius, una ve filia, eſt: vel qui nepotem ſ um heredem reliquit. Hæc enim enuntiatio, *habet liberos, non h bet liberos*, ſemper pluralitivo nu mero profertur. d.l.148. l.ſi qui 8. §.4. de ſecund.nupt.§.hoc qu

qu

que, l. per quas per. nob. acq. Et quem ſine liberis dicere non poſſumus, hunc neceſſe eſt dicamus, habere, liberos. d. l. 149. Multò magis ſine liberis non morietur, qui nepotem, eumque heredem reliquit. Cum liberorum appellatio nepotes, & cæteros contineat. d. l. 220. in pr.

Ad l. majore. 156.

Aperitur quis *majore parte anni poſſediſſe* dicatur. Et ait lex, qui duobus menſibus poſſederit, majore parte anni intelligi poſſediſſe: dummodo paucioribus aut nullis diebus, adverſari⁹ poſſederit. Sunt duo Interdicta retinendæ poſſesſionis *uti poſſidetis* & *utrubi*: illud eſt de rebus ſoli, hoc de rebus mobilibus. In illo vincit is, qui redditi

inter-

interdicti tempore, nec vi, ne
clam, nec precario, ab adverſari
poſſidet: in hoc, qui majore par
anni poſſedit, quò hæc Lex. 15
pertinet. Sic quidem olim. Sed ho
die per utrumque iterdictum il
vincit qui tempore illatæ turbat
onis, & litis conteſtatæ, non vi
non clam, aut precatio ab adve
ſario, ſive per ſe, ſive per alium po
ſidet, l. 1. §. 1. Utrubi. §. ſed & inte
dicto, l. de Interd. Corvin. hic.

Ad §. 1. l. 157.

Aperitur, quod item *via* eſt, ſ
ve ſemita, ſive iter ſit. Quod v
rum eſt, ſi de illis viis accipiatur
quibus publicè commeatus eſt. Qu
tunc nomine viæ, & iter, & ſemit
continentur. Sed ſi accipiatur d
via, quatenus ſervitutis eſt ſpecie
fal

falſum eſt. Quia ab itinere, & actu differt, ſecundum tradita ab Interpp. ad pr. t. I. de Servit. & attingit hic Alciatus, qui ſubdit, hoc diſtare iter à ſemita: quod *iter* latius eſt, *ſemita* verò anguſtior, quidam quaſi *callis*.

Ad l. non eſt. 161.

Iungatur l. pupillus. 239.

Aperitur *non eſſe pupillum*, qui in utero eſt, h. l. 161. *Pupillus* enim is eſt, qui cum impubes eſt, deſiit in patris poteſtate eſſe. d. l. 239.

Pupillus ſignificat & ætatem, & conditionem impuberis. *Ætatem*, cum dicimus pupillum eum, qui adhuc impubes, in patris poteſtate eſt: nam à pupus deminutum nomen eſt. l. 141. de V. O. *Conditionem* cum dicimus pupillum eum,

eum, qui ante pubertatem deſiit eſſe in patris poteſtate, & cœpit eſſe in poteſtate tutoris.

Deſiit a. eſſe aut morte, puta vel naturali vel civili. l. 64. §. fi. Pro ſocio. §. 1. J. Quib. mod. pat. pot. ſol. aut emancipatione. d. l. 239. Gajus. 1. J. § præterea. 6. Eod. Cujac. in l. 141. §. 1. de V. O. & in l. 2. circa med. de excuſat.

Ad l. urbana, 166.

Iungatur l. pronunciatio. 195. §. familiæ. 1. cum ſeqq. l. familiæ. 196.

Aperitur quid & quotuplex familia, quis paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias, filiafamilias.

Familiæ appellatio variè accepta eſt: nam & in res, & in perſonas, deducitur. d. l. 195. §. 1. *In res*, cum pro hereditate, & ſubſtan-

ſtantia bonorum ponitur. l. fin. C. h. t. & in lege XII. tabb. his verbis: Adgnatus proximus familiam habeto, h. e. hereditatem. Quo ſenſu intelliguntur, quæ de emptore familiæ dicuntur, & de actione familiæ erciſcundæ. J. de teſtam. & de Act. *In perſonas*, cum denotat vel certas perſonas, vel corpus aliquod, vel gentem. d. §. 1. cum ſeqq. l. 195. De perſonis actum videtur, cum teſtator familiæ reliquit. De rebus, cum de familia diſponit. Bart. ad præcit. l. fin. l. nã quod. 14. circa fin. ad Sctum. Trebell. Conn. l. ſib. 9. c. 1.

Corpus quod per familiam denotatur, aut jure proprio ipſorũ, aut communi cognationis nomine continetur. §. 3 d. l. 195. *Iure proprio familiam* dicimus plures

per-

perſonas, quæ ſunt ſub unius poteſtate, aut natura, aut jure ſubjectæ. Veluti ſub patrefamilias tam liberi, quam ſervi. Sic in ædilitio Edicto, in Edicto Vi bonor. raptor. in Edicto Unde vi, ea fit familiæ interpretatio, qua omnes demonſtrantur, qui in miniſterio ſunt, ettiamſi liberi homines ſint, bona fide ſervientes. l. 25. & 31. de ædil. edict. l. 2. §. familiæ. Vi bon. raptor. l. 1. §. familiæ. de Vi & vi arm. & §. pen. d. l. 195. hic. & l. 196. eod.

Familia alia eſt *urbana*, alia *ruſtica*: nec loco, ſed opere diſtinguuntur. d. l. 166. l. 99. de leg. 3. l. 12. §. 42. de Inſtr. & inſtr. leg. l. 65. de leg. 2. l. 4 §. 5. de pœn.

Paterfamilias appellatur, qui in domo dominium, ſive ipſe actu, ſive in potentia, habet: quamvis

filium

filium non habeat, nec enim eo nomine ſola perſona ejus, ſed & jus demonſtratur. §.3. d.l.193. Filii enim cujuscunque ætatis ſint, cum ſuæ poteſtatis fiunt, ſive per mortem patris, ſive per emancipationem, patresfamilias ſunt. d. §. 3. l. 4. de his qui ſui vel alien. jur. l. 5. Quando dies leg.

Jure communi familiam dicimus omnium adgnatorum, qui ex eadem domo, & gente proditi ſunt cognationem, ut ejusdem familiæ rectè dicantur, qui ejusdem nominis ſunt: etiamſi ſinguli propriam familiam alant, & ſui juris omnes exiſtant, vel adhuc in poteſtate ſint. §.3. l.195. Unde familiæ Juliorum, Pompejorum, Valeriorum, & qui ex eadem familia, familiares. §. 5. ejusd. leg. Quarum

rum caput,Dux,& Princeps gen
ris *paterfamilias*, & conſors eju
materfamilias. Feſt. Et nomin
familiæ cõtinebatur.d.l.196. Qu
univerſitatum nomina , non
membris tantum , ſed & capit
conſtant. arg.l.1. de teſtam. mil
& §. plebs, J. de I. N. G.

Fideicommiſſo igitur famil
relicto admittentur,qui ex nom
ne defuncti fuerunt.l.ult. C.h.t
32.& 69. in fin. cum l.77. ſ. cun
inter.de leg.2.& l.114.§.cum pat
de Legat. I. Briſſon.

Fœminæ familiæ duces eſſe no
poſſunt: quia, qui naſcuntur
illis non matris,ſed patris ſequu
tur familiam & nomen ferunt
nec ullum jus adgnationis in f
minas tranſit,nec ſuos heredes h
bent, §.1. d.l. 96. & l.13. de Suis

Leg

Legit. Quare cum §.6. d.l.195. inquit, quod mulier familiæ ſuæ caput & finis eſt: hoc vult: quod effecta ſui juris habet familiam, & ſic eſt principium; ſed quia in natis non propagatur, & extinguetur, rectè finis eſſe dicitur. l. 4. de his qui ſui vel alien. Jur. l.30. cum.34. Solut. matrim.

Familia cum multifariè accipiatur, ex ſubjecta materia dijudicari, vel teſtantis uſus ſpectari, oportet, ut de qua ſit actum, intelligatur.

Ad l. Carbonum. 167.

Iungatur l pali. 168.

Aperitur *appellatione materiati non contineri materiam.* l. librorũ. 52. §. quod tamen. l. ligni. 55. §. ſi lignum. cum ſeqq. de leg. 3. Quam ob rem legatis carbonibus, materia

ria ex qua conficiuntur, non vi
tur legata. h. l. 167.

*Materia appellatione non c
tinetur materiatum.* Et maxi
ſi ſpecies facta reduci ad priſtin
materiam non poſſit. l. Servius.
l. argento. 53. & l. lana. 88 in fi
de legat. 3. §. cum aliena. J. de r
divis. Quare legato ligno, nec
tiones, nec ſulphurata, nec fac
venient. d. l. 167. h. t.

Materia generaliter dicitu
ex qua fit aliquid l. 7. §. cum q
ex aliena. de acq. rer. dom. *Ma
riam* propriè rudem & informe
accipimus, & operi faciendo de
natam. Sed materia à ligno
& alibi ſeparatur. *Ligni* enim
cabulo ſignificantur illa, quę co
burendi cauſa parata ſunt: ma
riæ verò illa, quæ ad ædificandu

atque fulciendum accommodata ſunt. d. l. 167. & 168. hic. d. l. ligni. 55. l. 12. de Uſufr. l. 18. §. ſi quis caverit. de pignor. act. l. 45 §. pen. de Jur. fiſc. l. 14. de pericul. & Commod. l. 47. de act. empt. Unde verba præcit. l. 168. quod lignorum appellatione, *pali* & *perticæ* non continentur, quia in numerum materiæ redigendi ſunt: cum pro qualitate & genere uſus, hic accipiatur, ceu patet ex l. urbana. 198. hic. & l. 16. C. de præd. min. Conn. lib. 4. c. 10.

Ad l. aliud. eſt. 174.

Iungatur l. hæc ſtipulatio. 200. l. Plebs. 238. §. noxiæ 3.

Aperitur aliud eſſe, promittere *furem non eſſe*: aliud, *furtum noxaque ſolutum*. Ratio primi eſt,

quod qui dicit furem non eſſe, de hominis propoſito loquitur. Ratio ſecundi eſt, quod qui furto noxaque ſolutum dicit, nemini eſſe furti obligatum promittit. Ulterior autem ratio eſt, quod, qui mancipium vendebat, tenebatur illud præſtare furto noxaque ſolutum: tale autem dicebatur, non qui noxam nunquam commiſit, ſed qui eam ob rem noxali judicio ſubjectus non eſt. l. 1. & 17. de ædil. edict. l. 71. § pen. de Solut. l. 3. ſi fam. furt. fec. dic. l. ult. de rer. perm.

Noxiæ appellationæ omne delictum continetur d. §. 3. l. 238. h. t.

Differunt tamen noxa & noxia. *Noxa* enim tum corpus quod nocuit, tum pœnam delicti, ac ipſum delictum ſignificat. §. 1. J. de nox. act.

act.l.1. ſi quadr. pau. fec. l.49.de Leg.I. *Noxia*, & pœnam & ipſum delictum, non modò privatum, ex quo noxalis eſt actio, verum etiam publicum, quod crimen vocamus & noxam, h. e. pœnam meretur. §.1. d.l.49. l.14. §. quod ajunt. de ædil. edict. l. fin. de noxal. act. Promiſcuè tamen accipitur, & per metonymiam. Cujac. ad d. §. 1. J. de nox. act. Gædd. ad d.l. 200. & 230. h. t.

Ad l. natura, 177.

Aperitur naturam *cavillationis*, quam Græci Σωρίτην, h.e. *accervalem ſyllogiſmũ* appellant, hanc eſſe, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes ad evidẽter falſa, perducatur diſputatio. h. l. 177. l. ea ſunt. 65. de R. J. *Soritis* hujusmodi exemplũ damus ſic inducendo.

Ex pluribus cauſis poſſidemus, poſſidendo uſucapimus, uſucapione domini effecimur. Ergò ex pluribus cauſis dominium accipimus. Quod poſtremum falſum eſt, præcedentia veriſſima, l. 3. §. ex pluribus de acqu. poſſ. toto. tit. D. J. C. de Uſucap. E contra ex falſis præmisſis vera poteſt effici concluſio: ut in ſequenti exemplo. Omne prædium in jure conſiſtit: Omnis ſervitus eſt prædium. Ergò: Omnis ſervus in jure conſiſtit. Cujac. ad African. par. 5. Strucius. ad d. l. ea eſt natura de R. J. Vigel. 3. Dialect. Jur. c. de Syll. categor.

Ad l. inter hæc, 179.

Iungatur l. hac verba, 139.

Aperitur intellectus verborum *Quanti ea res erit*: vel *Quanti rem*

rem eſſe patet: nimirum quod non referuntur ad id quod intereſt, ſed ad veram æſtimationem. dd. ll. 129. & l. 193. vel litis, de qua agitur, vel rei, quæ petitur: adeòque interdum veniunt res petitæ, fructus, expenſæ litis: interdum ſola res: interdum res & fructus, prout ſubjecta materia poſtulat. Sic in edicto qui ſatisdare cogantur, & in edicto de falſo tutore, continent veram quantitatem. l. 2. in fin. Qui ſatisd. cog. l. 7. Quod falſ. tut.

Sic pretium rei & fructuum ſignificant, in edicto quod metus cauſa l. 2. eod. Sic damnum continent. in tit. de Alienat. judic. mut. cauſ.

Id quod intereſt importat in l. 1. & 3. de Itiner. & act. priv. in l. 2.

 §. fin.

ſ. fin. uti poſſid. in l. 2. & 3.
ratam. hab. in l. ult. de Serv.
rupt. in l.4. §. ſi cum.de dam
fect. Sed verbum *id quod i*
eſt, ſeparatur à verbo *quanti*
eſt. Nam iſto, verum rei pre
continetur , prout jam dic
eſt. Sed illo omnis utilitas,
modò circa rem conſiſtit, c
confirmatio peti poteſt ex l.2
fin.& l.prox. ad leg. Aquil. l.3
condict. furt. l.8. de evict. l.10.
autem. de eden. l. ult. de eo
quem fact. erit.

Ad l. paterfamilias. 182

Aperitur quod, neque *pate*
milias peculium, neque *Servu*
na, habere poteſt. h.l. 182. R
primi eſt, quia *peculium ſtrict*
proprie acceptum pro univerſ

eo

eorum ſumitur, quæ filiusfamilias vel ſervus à paternis vel dominicis rationibus ſeparata, ex illorum permiſſione habent. l. 2. 5. 32. 49. de pecul. l. 8. §. fin. de pecul. leg. Latè autem *& impropriè ſumitur* pro omnibus bonis, quæ quis habet. l. 16. ad Sctum. Trebell. l. 79. de leg. 3. Ratio ſecundi eſt, quia ſervi nihil proprii habere poſſunt, cum tam civili, quam prætorio jure, pro nullis habeantur, l. 13. Ex quib. cauſ. major. l. 6. §. 6. de cap. minut. l. 7. ad leg. Cornel. de falſ.

Ad l. taberna. 183.

Iungatur l. inde. 184. l. inſtructum. 185. l. liberorum 220. § 1.

Aperitur quid taberna, taberna inſtructa, tabernacula, contubernales.

Tabernæ appellatiô declara
mne utile ad habitandum ædi
um.d.l.183. Vſus tamen obtin
ut tantum declaret illum ædi
locum,quo merces vendi, &
ra quæcunque fabricari, ſole
ceu officina, taberna argenta
lanionis, ferraria, caſearia, cau
naria, inſtitoria, piſtrinaria,
puraria. l.23.de contr.empt.l.
Orig.Jur.l.88.& 93. de leg. 3. l.
ſerv.vind. l.13.& 15. de Inſt. &
ſtru. leg.l.18.de Inſtit.act. Hin
tabernarius.l.52.§.1. ad leg. Aq
Gothofr. hic, Cujac, ad Novell
in fin.

Inſtructa taberna ſic accipit
quæ & rebus,& hominibus ad
gotiationem paratis conſtat.
185. Taberna inſtructa legata
res, & *inſtitores* continentur.

ſt

ſtrumento autem tabernæ, legato, tantum loci inſtrumentum, non etiã totius negotiationis, legatum cenſetur. l. tabernæ. 13. de inſtruct. & inſtrum. leg.

Tabernacula & *Contubernales* à taberna dicti ſunt. d. l. 184. h. t. *Tabernaculum* eſt caſa tabulis, vel corio, vel etiã arborum ramis, ſeu ſtramentis, facta tectaque, ac quæ loco moveri poſſit, & huc aut illuc transferri: quo tecti genere belli duces in caſtris adverſus cœli injurias utuntur: quo nomine caſtrenſia quoque tecta pro militibus inſigniuntur. Brech. hic. Gædd. ad l. 184.

Contubernales à communibus tabernaculis dicti, commilitones ſunt communium expeditionum comites, qui eodem contubernio

utuntur, vel uſi ſunt. l. fin. de aur. arg. leg. & ibi Gothofred. *Contubernium* manipulum militum ſignificat Erant enim *centuriæ* in contubernias diviſæ, & decem militibus uno ſub papilone degentibus, unus præerat, qui *contubernii caput* nominabatur. Veget. lib. 2. c. 13. ſic in l. 5. §. à barbaris. de re milit. accipitur. ſed generalius in §. quibus connumerari. 1. J. de hered. qui ab inteſt. pro cohabitatione & concubinatu. Cum extra rem militarem

Contubernium de ſervis & ancillis matrimonio junctis, & eorũ natis, propriè accipiatur, & fundo inſtructo contineatur. l. quæſitũ. §. ſi inſtructum. de fund. inſtruct. l. uxorem §. concubinę. de leg. 3. Unde cum legitur in §. 1. d. l. 220. prædio

dio cum villico & contubernali ejus, & filiis legato, nepotes quoq; ex filiis contineri: intelligitur de ancilla conjuge: quia non matrimonium, ſed contubernium, inter ſervos contrahi dicebatur: & ex ipſis deſcendentes *contubernales*. l pen. C. com. utrius. judic. l. 4. §. ancillas. de ritu nupt. l. uxorem. 41. §. codicillis. & §. concubinæ. de leg. 3. N. de nupt. §. ſi verò. in pr.

Ad l. commendare. 186.

Aperitur ſignificatio verbi *commendare*. Quod vel refertur ad homines, & non inducit obligationem. l ſi vero, 12. §. 12. Mand. l. fin. C. quod cum eo. l. fideicommiſſa. 11. §. 2. de leg. 3. Vel refertur ad res, & inducit obligationem, &

tunc nihil aliud eſt, quàm depo
re, prout habet benè h.l. 186. l
§.4. de religioſ. l. 24. & 25. depo
6. & 9. C. eod. Cujac. 2. Obſerv
in fin.

Ad l. verbum exactæ.
187.

Aperirur verbum *exacta*
cunia. Exigere variè accipitu
tamen propriè, non ſolum ad
lutionem refertur, verum etia
ad delegationem. h. l. 187. l. 8.
ad SC. Vel. *Exigere* enim cum e
ctu intelligitur: & *exacta pecun*
dicitur, non quæ ultrò, ſed imn
nente judice, aut aliàs urgente c
ditore ſoluta eſt. l. 44. in fin. ſ
matr. l. 15. & 23. de liberat. l. fid
commiſſo. §. ſi rem. de leg. 3. l.
C. ad Leg. Falc.

Ad l. hæc adjectio, 192.

Iungatur l. hæc enunciatio. 232. l. tantum. 88.

Aperitur vim adjectionis *pluriſve.* Adjicitur vel juramentis in litem, vel inſtrumentis. *Iuramentum in litem eſt*, cum actor juramento definit æſtimationem rei ſibi debitæ, & non ſolutæ. Eſt autem duplex veritatis, & affectionis. & l. 12. & l. videamus. de in lit. jur. *Veritatis*, quod præſtatur in ſtrictis judiciis, cum res reſtitui non poteſt concurrentibus dolo vel culpa non reſtituentis, & probationis impoſſibilitate ob rem amplius non extantem: debet tamen dominus præciſe jurare, quanti res ſit, l. 8. de condict. furt. & dd. ll. hic. *Affectionis*, quod præ-

præſtatur in arbitrariis & bonæ fidei judiciis, cum res non reſtituta ve l non exhibita, arbitrio actoris æſtimatur, etiam ultra rei pretium. l. 1. cum. l. 8. de in lit. jur. Setſer. lib. 4. cap. 2. de Jur. In iſtis adjicebatur, tanti æſtimo *plurisve*, v. g. centum plurisve: tunc Judex condemnabat reum in centum, & aliquid amplius. Unde ait Lex noſtra. 192. quod hæc adjectio *plurisve* non infinitam pecuniam continet, ſed modicam. Quia poſtquam juravit actor Judex quantitatem ſuper qua juratum erat, moderabatur. l. 4. §. 2. & ibi. Donel. de in lit. jur. Solebat etiam Judex, priusquam juraretur, taxare ſummam, ultra quam actor non juraret, v. g. centum plurisve, h. e. tanti æſtimet. Unde ait lex noſtra:

taxa-

taxatio hæc; *ſolidos decem pluresve* ad minutulam ſummam referri. Quia actor notabiliter excedere non poterat, & à Judice moderabatur. Donell. lib. 26. com. 6.

In inſtrumentis venditionum cum apponuntur hæc verba, tanti & quod *pluris* valet, vendidit, & donavit. Si venditor ſcivit valorem rei, non habebit locum remedium legis. 2. C. de Reſcind. Vendit. Quia non videtur animum donandi habuiſſe. Si vero ignoravit, non præſumitur habuiſſe animum donandi niſi modicum: ideò ad modicam ſummam & minutam referetur. ſec. h. l. & L. ſi libertus. de oper. lib. arg. l. ſi. de meis. §. recepiſſe & ibi not. de arb. Bart. circa. l. ſi quis

cum

cum alter,36. de V.O. Quia ſi
jactare nemo præſumitur.l.c
de in debito.§ ſin verò.de pro
& præſumpt. Quid autem m
cum & minutula ſumma ſit, ju
ex qualitate perſonarum æſtir
poterit.l.1. § ait prætor.de lib.
hoſtibus,in fin.cum l.ſeq.Ex q
cauſ. major.

Quoties dicimus patrimon
Titii *pluris* eſt *aureorum* trigi
non ſolum quantitatem dict
aureorum, ſed & æſtimation
ſpecierum, quæ in patrimo
ſunt,ſignificamus. d.l,232. & l,
tum,88. h,t.

Ad l. Indicaſſe, 197.

Aperitur *Indicaſſe* ſignifica
detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe
conviciſſe.

Et quidem in ſtricta ſignificatione, non autem in lata. Alciat. hic.

Deferre enim reum, idem eſt quod poſtulare, quod coram judice fiebat libello ſubſcripto: deinde de indiciis cognoſcebatur, quod erat, *arguere* id eſt, reum demonſtrare & probare: tum delati nomen inter reos recipiebatur, & cauſa diſputabatur, quod *accuſare* propriè dicebatur: & ſi reus *convictus* eſſet, præmiū accuſatori decernebatur. l. deferre. de Jur. Fiſc. l. Senatus. eod. Bart. in l. is qui reus de pub jud. l. Lex Cornelia. de in jur. Alciat.

In lata acceptione *indicare* eſt etiam æſtimare, & rei venalis precium ſtatuere. l. Julianus. §. quod tamen. de Act. empt. Hinc *indica-*

ſtibus, nam talis cum ſit ſervus, tutor dari non poteſt, nec abſentis loco habetur, quia tutelæ incapax eſt, quæ requirit caput liberum. Bachov. ad t. J. ex Quib. cauſ. major. Et hoc modo intelliguntur verba. §. 1. h. l. 199. abeſſe non videtur, qui ab hoſtibus captus eſt. *In Iudiciis* ille abſens dicitur, qui in jure non eſt, qui à tribunali abeſt, qui extra territorium jus dicẽtis eſt. l. 14. §. prætor. de damn. infect. l. non tantum. §. abeſſe; de fideicomm. libert. l. heres abſens. & ibi Gloſ. de Indic. *In contractibus* abſentes ſunt, qui ſe exaudire nequeunt, cum de ſtipulatione agitur. l. 1. de V. O. *Inteſtamentis* abeſt, qui non audit, vel non videt teſtatorem. Gædd. hic.

Qui *adeſt* interdum *abſens* habetur.

betur. Sic miles, qui Romæ militat Reipublicæ cauſa. l. milites. Ex quib. cauſ. major. Sic qui etſi corpore præſens ſit, animo tamen abeſt, ceu furioſus. l. 2. §. pen. de Jur. codicill. l. 124. de R. J. Sic pupillus qui tutorem non habet, quo ad bonorum poſſeſſionē, l. 10. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.

Ad l. cum in, 202.

Aperitur, quod *heredi* ex voluntate teſtatoris *ad certam ſummam* expendendam *obligato*, non licet minus conſumere, ſed benè amplius, ſi velit.

Poſito; quod in teſtamento ſcriptum ſit: ut heres in funere aut in monumento duntaxat aureos centum conſumat: non licet heredi minus conſumere. h. l. 202.

Quia

Quia *minus expendendo*, quam juſſus eſt, contra teſtatoris voluntatem facere intelligitur: quæ tamen uti lex ſervanda. Novell. 22. cap. 2. ver. diſponat. Sed *amplius expendendo*, non contraveniret teſtamento: quia majori ſumma minor continetur. l. in eod. de R. I. l. 1. §. ſi ſtipulanti. de V. O.

Ulterior ratio utriusque eſt, quia teſtator certam ſummam exprimendo, videtur heredi gravato conſuluiſſe: & poteſt is concernentibus proprium favorem, ſi velit renunciare. l. pen. ad S. C. Vell.

Si alii, quam heredi, talis cura à teſtatore impoſita: vel plus expendit, & nihil repetit: vel minus expendit, & cætera ſumma heredi proficit. l. 31. §. 4. de neg. geſt. l. 50. de hered. petit. l. Luci⁹. 88. de leg. 2.

Ad

Ad l. in lege. 203.

Aperitur quid ſit *domum ducere*, & quid *uſu ſuo*. *Domum hic* accipere debemus non proprietatem, ſed *domicilium*, quod unicuique exiſtimari debet, ubi ſedes, & tabulas habet, ſuarumque rerum conſtitutionem fecit. h. l. 203. l. lex. Corn. §. domum. de Jurejur. ſupr. ad l. 1. *Domum* ergò *ducere*, eſt ad talem locum ducere, ubi quis habitat, ſive in provincia, ſive in Italia, ſive alibi. h. l. 203.

Uſu ſuo tantum continetur, quod victus ſui cauſa paratum eſt. h. l. 203. Quare cum in lege Cenſoria portus Siciliæ ita ſcriptum eſſet: *Servos quos domo quis ducet ſuo uſu, pro his portorium ne dato.* Sic intelligebantur ea verba,

ut

ut portorium nõ deberetur à Domino ſive patrefamilias pro illis mancipiis, quæ ſecum ducebat uſus ſui cauſa, nempe ad corpus tuendum, & ad ipſius cultũ: ut ſunt cubicularii, coci, miniſtratores, obſonatores, & ejusmodi, quæ *uſualia mancipia* vocabantur. h. l. 203. l. fin. §. quoties. 3. de publ. & vectigal. Proinde

Legatis uxori ſervis, qui uſus ejus cauſa parati ſunt, hi ad illam non pertinent, qui non proprii ipſius, ſed communis uſus cauſa parati ſunt. l. legatis. 35. de leg. 2. juncta. l. Quintus. 10. d. aur. arg. leg.

Ad l. pueri. 204.

Aperitur triplex *pueri* ſignificatio. Una cum omnes ſervos domeſticos appellamus pueros.

Lati-

Latini enim vocabulum pueri à Græco παῖδες formaverunt, quo domeſticos ſervos, præſertim tabellarios ſignificabant. Brech. hic. Altera cum puerum opponimus puellæ, ſexus diſcernendi cauſa. Quanquam veteres puerum, pro quolibet ſexu ſobole ponerent. Hinc dicitur in l. 163. §. 1. h. t. quod pueri appellatione, etiam puella ſignificatur: nam & fœminæ ex partu recentes puerperæ, & Græcè παιδίον, appellantur l. 14. §. puerperam, de ædil. edict. Poſtremo cum ætatem puerilē demonſtramus, nempe impuberem, qui nondum. XIV. annum complevit, l. Quib. mod. jus pat. pot. & l. in tabulis. 36. de Statu. lib. Cujac. ad l. 52. de excuſat.

Ex

Ex ſubjecta tamen materia, aliter accipitur. In Edicto prætoris de Poſtulando, pro illo, qui an. XVII. non complevit, l. 1. §. pueritiam. eod. In legato alimentorum, pro illo, qui XIIX. non complevit. l. Melæ. 14. de alim. legat. Eodem modo in J. §. de Adopt. juncta, l. 49. eod. & §. ult. I. Quib. manu. non lic.

Ad l. vinaria, 206.

Aperitur, quæ propriè *vaſa vinaria* dicantur. *Vaſa vinaria* propriè ſunt, quæ torcularia, h. e. quæ conficiendo muſto uſui habentur, & torculari, hoc eſt, machinæ premendis uvis aptæ, conjunctæ ſunt.

Dolia autem & ſeriæ, & amphoræ, cum in alium uſum, quam vi-

ni haberi poſſint, veluti frumento impleantur: ſub nomine vaſorum vinariorum non comprehendun- tur, niſi quamdiu vinum habent: poſſunt tamen ex deſtinatione pa- trisfamilias, illo nomine compre- hendi, puta quia illis ſemper uſus eſt vini ſolum cauſa, vel quia in eum uſum paravit, h. l. 206. Itaque

Vino cum vaſis legato, & am- phoræ, & cadi debentur: non dolia & cuppæ quæ in cella defixa loco moveri non ſolent. l. 3. l. pen. de Trit. vin. ole leg. l. Lucius Titius. §. Collegio. de leg. 3. Vaſis autem legatis, non ea ſolum continentur, quæ in ſe aliquid recipiunt edendi ac bibendi cauſa paratum, ſed et- iam quæ aliquid ſuſtinent: & ideo ſcutellas, promulſidaria, repoſi- toria quoque continebuntur, l. 19.

§. ar-

§. argento. de aur. arg. leg. Vaſo rum enim generalis appellatio eſt: dicimus vaſa vinaria, vaſa navalia. &c. l. cum aurum. §. argentum. eod.

Ad l. prævaricatores. 212.

Aperitur qui *prævaricatores* appellentur. *Prævaricatio* eſt, quando actor vel accuſator, cum adverſario ſive reo, publico in judicio colludit, veras accuſationes & probationes omittendo, & falſas defenſiones admittendo. h. l. 212. cum l. 1. & l. prox. ad S. C. Turpill. l. athletas, de his qui notat. infam. l. 1. de prævaric. Et talis *propriè* dicitur *prævaricator* : *impropriè* autem cum in privato judicio prævaricatur. d. l. 1. cum. l. 3. de prævaric. l. ult. de poſtul. l. qui cum na-

tu,§.penult.de bon.liber. Et ſic prævaricator verò accuſari opponitur.d.l.1. de prævaric. Cujac.9. Obſerv. 40.

Prævaricator à varicando,(quod eſt diſtortis atq; diductis pedibus transverſum ire) dicitur. h.l. 212. Quia modo in hanc, modo in illam partem deflectens, à recto tramite recedit. Prævaricatores olim pœna talionis, hodie extraordinaria puniuntur.l.1.2. & ſeqq. eod. Cujac.eod. & lib.6. Obſer.11. Menoch.caſ.323. lib.2. arbitr.

Ad l. cedere diem. 213.

Aperitur quid ſignificet *cedere diem*,& quid *venire diem*.

Cedere dies dicitur cum obligatio contracta eſt,& ex ea quod in obligationem deductum eſt debe-

tur.

tur. *Venire diem* eſt aliquid amplius, nempe eum veniſſe diem, quo quid non tantum debetur, ſed & cum effectu peti & exigi poteſt. *Cedere* reſpicit obligationem, debitum. *Venire* reſpicit petitionem, exactionem. Exempla ſunt in h.l.213. ſtipulationis puræ, ſtipulationis in diem, ſtipulationis ſub conditione. Alciat. hic.

Ubi purè quis ſtipulatus fuerit, & ceſſit, & venit dies, h.l.213. quia & res debetur, & exigi confeſtim poteſt, cum nihil actionem remoratur. l. eum qui. 41. l. liber homo. 118. de V.O. §. omnis. 4. l. eod.

Prætor tamen, actione mota, & debitore in jus vocato, ſi is confiteatur debitum, & ſolvere paratus ſit, judicium in eum non dabit: ſed terminum adſolvendum, ſi pe-

tit: qui olim triginta dierum, poſt ad bimeſtre, demum ad trimeſtre productus eſt. l. ex judicato. 16. Iudic. ſolut. l. ſi debitori. 21. de Iudic. l. 2. cum 3. C. de Uſur. rei jud.

Ubi in diem quis ſtipulatus fuerit, ceſſit dies, ſed nondum venit. h. l. 213. nimirum ceſſit, quia res debetur, ſed nondum venit, quia exigi non poteſt cum effectu. l. certi, 9. de reb. cred. l. quoties. 24. de oper. lib. d. l. 118. eum §. 1. & §. omnis. I. de V. O. l. 7. l. ſi in diem. 14. Quib. ex cauſ. in poſ. Nam obligatio, & ex ea actio, quamprimum competit; quia juris ſunt, ac proinde non ſuſpenduntur. Solutio autem cum facti ſit ac proinde ſuſpendatur; ante tempus in quod promiſſum peti quidem poteſt, ſed non cum effectu. Atque ita actio,

actio, quæ ex ſtipulatione in diem datur, exceptione eliditur. §. at ſi ita. 3. I. de V. O. §. temporalis, 10. de except.

Ubi ſub conditione quis ſtipulatus fuerit, neque ceſſit, neque venit dies, pendente adhuc conditione, h. l. 213, nimirum res, nec debetur, nec exigi poteſt. Quia cum conditionis ea ſit natura, ut actum ſuſpendat, & conditio dubia ipſum etiam contractum dubium faciat, atque adeò ex ea non obligatio, ſed ſpes tantum obligationis eſſe poſſit. §. ſub conditione, 4. I. eod. ea deficiente nihil intelligitur actum, exiſtente, contractus tum demum robur ſuum habere incipit. Conditio autem hic intelligitur propriè dicta. Quæ enim certum eſt, eſſe extituram, vel quæ

tempus præſens reſpicit, pro pura habetur. l. ſi pupillus. de Novat. Corvin. hic.

Ad l. poteſtatis. 215.

Aperitur *poteſtatis* verbo plura ſignificari: facit & Gloſ. ver. *poteſtate* in §. rurſus. I. de Action: ſed in h. l. 215. quinque tantum ſignificationes proponuntur ſequenti ordine.

I. Imperium. In perſona Magiſtratuum poteſtas ſignificat imperium. l. 13. de Jurisdict. l. 3. Ne vis fiat ei qui in poſſ. l. 1. ad leg. Iul. Majeſt. Et quidem abſolutè poteſtatem appellari *merum imperiũ*, quo in facinoroſos animadvertimus. Ulpiãn. ſcribit in l. 3. de Iurisdict. omn. judic. l. ſolent. de Offic. Proconſ. l. nemo. 70. de R. I. Nam mo-

